




**Jo. Antonii Campani ... De vita et gestis Andreae Brachii  
Perusini, Italicae olim militiae Imperatoris strenuissimi ... libri  
VI**

<https://hdl.handle.net/1874/388944>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**


**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

L. 62  
883



47

kk  
Brachig











1

NE 88 - C.

IO. ANTO

NII CAMPANI EPI-  
SCOPI APRVTINI V. C.

DE VITA ET GESTIS ANDREAE  
Brachij Perusini, Italicae olim mili-  
tia Imperatoris strenuissimi, Ducis  
longè celebratissimi, Libri VI.

Nusquam aliàs in Ger-  
mania à quoquã  
editi.

ADMIRABERE Lector, præter tersam sermo-  
nis elegantiam, strenuè Imperatoris ac Militis gnauis officia,  
et Apophthegmata, sales, yvvas, similia, Rhetorũ colo-  
res, ac Philosophicarum ratiocinationum tot acervos, tam  
paruo libello comprehendi posse. Facile iudicabis  
conscribendæ historię, omnibus nume-  
ris, hunc absolutum exem-  
plar esse.

*ex dono Buchely*

BASILEAE

APVD NICOLAVM BRYLING.

ANNO M. D. XLV.



IOHANNES

NIL CAMPANIENSIS

SCOPUS APERTINI VICE

DE VITAE ET MORIS ANDREAE

Bartholomaeus

de Imperatoris

longe celebratissimi

Napoliensis in

manu scripturae

edit

AD MIRABILEM

etiam in

in

*Ex Libris*

BASILEAE

APUD NICOLAUM ERZYKUM

ANNO M. D. XLV.



PHILIBERTO AC

CHRISTOPHORO PRINCIPP.

BADEN. ILLVSTRISS. FRAT.

Gerr. Ioannes Herold

Höchsteten.

BENE AGERE



LATO ille, Principes illustri-  
sissimi, qui sine controuer-  
sia de rerum summa & san-  
ctae, & ubiq; accuratissime  
disputavit, is libro *τοπι νομο*  
*θεωσιας* undecimo, cum de pup-  
illis ageret, praeter Deorum  
tutelam, quam maximam circa eos esse uult, quo tu-  
tores reddat diligentiores, inter caetera id quoque,  
*καταμνηστικων ψυχας διωαμι ενερτινα τελοστικα*  
*αυτ ενδρω κηραδαι διαφιδρωσ*, opportune qui-  
dem tradidisse uidetur. Qua de re cum complectar  
animo, Diuiti illi, quo de summa loquitur ueritas, ne  
paribus cruciatibus subijcerentur fratres ipsius, cura  
fuisse, cura uero circa spem boni uersari omnem, non  
gaudere, non letari, non gratulari iam parentis uel  
fratris BERNARDI Herois illius & fortissimi atq; op-  
timi Manes, qui affirmet puto esse neminem: quan-  
do quidem quod praestare uiuus ipse, quod optare mo-  
ribundus potuisset, quicquid deniq; iam defunctus

## EPISTOLA

uobis auere potest, eo si non abunde potiri, filios ta-  
 men suos dulcissimos non omnino carere sentit. Ver-  
 rum enim uero cum imperium uir fortis propagare,  
 res stabilire Princeps æquissimus magnanimitate,  
 atq; clementia dum adhuc aura hac uesceretur, tam  
 enixe contenderet, amplum firmumq; id uobis re-  
 linquere conabatur. nam uite rationem omnem ita  
 pure & eleganter instituerat, ut omnes eius actus,  
 præclara maiorum exempla imitari, posteris uero,  
 ad quam collimarent, meta, integræ & tantæ origi-  
 nis dignæ uite, proposita, uiderentur. igitur cui fa-  
 ta hominem exuere potuerunt, eidem uirtus premi-  
 um peperit copiosum, atq; id effecit, ut quos præ-  
 ire paternis officijs nequiret amplius, comprecati-  
 one bonorum (quam à parentibus profectam liberis  
 utilissimam esse, necesse est) assiduo sequeretur.  
 quippe quod minime assentiar ijs, qui parente uos  
 destitutos uolunt, facit, quod uideam solo genitore  
 uos orbatos, patres uero uobis superesse duos, non  
 nisi summa honoris præfatione nominandi Princi-  
 pes illustrissimi IOANNES ac GUILHELMVS  
 Bavarie duces Palatini. quo de priore multa præ-  
 clarissima commemorantur, unum autem illud om-  
 nibus seculis longe admirabilissimum, quod Heros  
 fortissimus rebus omnibus tam ample literas antepo-  
 nit bonas: quod, quantum ad imperia iuste admini-  
 strandæ ualeat, quantumq; ea ad propaganda, effi-  
 cax sit

eae sit Plato quoq; tam clare indicat, quam aperte  
 diuinum numen, in eruditorum tyrannidem reipubli  
 cae capitalem pestem esse fatetur. Talem igitur, quan  
 doquidem tanti momenti sint in Repub. literae bonae  
 in principe uiro tam illustres, num uobis ut praeret,  
 uotis omnibus à genitore illo uestro, sacratissimae me  
 moriae Principe exoptatum negemus? confiteamur  
 potius diuinæ illius particulae sclicitatem adaugeri,  
 quum uiua ab ista imagine uirtutum omnium (conti  
 net enim amor sapientiæ in se uirtutes omnes) ad lite  
 ras studiumq; boni, tenellos uestros animos traduci  
 uidet. Tam uero, quum alterius singularis & admi  
 randæ frugalitatis cognomen tantopere sit lauda  
 tum (GUILHELMVS etenim Princeps, FRUGI  
 à plerisq; cognominatur) atq; frugalitas fortitudi  
 nem, iustitiam, prudentiam quoq; in se contineat,  
 quarum quidem natura talis est, ut etiam sine literis  
 parua tueri, & amplificare, literarum uero studio ad  
 hibita eae sint, quæ uel infimo loco prognatos excole  
 re atq; ad summa quæq; euehere possint: nonne in il  
 lo præclaro animorum concilio, in heroum atq; be  
 atorum cœliu, cum à se genitis, quas indulgentia for  
 sitan paterna (fuit enim proculdubio & ipse quædam  
 & ) non uniuersas exegisset, exemplar, quo ad uir  
 tutes omnes alliciantur uiuum extare uidet, nonne,  
 inquam exhilaratur? nonne gloriari potest? præser  
 tim quando hæc omnia eo spectare intelligat, ut ij  
 qui uer



## E P I S T O L A

qui uestrum in imperio olim futuri sint quorum utili  
 tati & commodis ipse uiuus unice inseruiebat, sint  
 quam beatissimi. Hac etiã si satis esse paterno amori  
 possent, affectui deberent, tamen & hoc Manes illi  
 us sanctissimos cõsolari potest quam maxime, quod  
 non solum tutores sanctissimos, uerum etiam impe  
 rij uestri senatus & ministri tales, ac cæteris adeo in  
 tegritate & continentia præstantes uobis contige  
 rint, ut Principem patriæ amantiß. Patribus duo  
 bus, filiis dulcissimis totidem, fratribus ac custodibus  
 aliquot commutasse subiecti uideantur. inter quos  
 ut natalium splendore, sic officij dignitate præcellit  
 HEINRICVS à FLECKENSTEIN, eo ordi  
 ne qui inter Germanos equestris dignitatis Liber cen  
 setur, prognatus: quem quidem non tam auitæ ima  
 gines, quam innatæ uirtutes atq; res præclare geste  
 eundem esse ostendunt, qui uicarius diligentissimus  
 Principum optimorum uirtutes & uelit, & possit  
 exprimere, dignum autem in quem ocellos uestros  
 conijciatis, quum illi fama tantum, absentes, uestros  
 animos excolere possint, hic omnino coràm, conuer  
 satione, moribus, dictis ac factis illustribus efforma  
 re atq; instituire uestram uitam. ac ob id maxime  
 olim uiri huius memoria uobis sancta ut sit, necesse  
 erit, quum iam propter continentissimam innocen  
 tissimamq; rerum administrationem, boni illi faue  
 ant omnes, uniuersi à uobis eandem diligentiam &

uirtutem

N V N C V P A T O R I A :

uirtutem non postulent, sed expectent certam, maio-  
 rem non optent: quum improbi bellum uobiscum me-  
 tuant sempiternum. Parte igitur huius gloriae spera-  
 teq; non minimam sibi uendicant partem. Quartum uir-  
 ri illi honesto loco nati, literarum bonarum tuulis, uir-  
 tutumq; generibus omnibus ornatissimi, una autem  
 equitate celebratissimi. Quippe VARNBVHLE  
 RVM familiam id muneris, quo IOANNES IA-  
 COBUS <sup>ἀρχιεπίσκοπος</sup> in aula uestra fungitur,  
 persancte per diuq; in foro Romani Imperij admini-  
 strasse, is ignorat, qui alienos honores carpere,  
 quam recte factis famam uenari conatur magis. ne  
 quid interim dicam de HVLDRICHO LAN-  
 GENMANTEL, cuius maiores & si foris bello  
 clari, domi & autoritate & opibus florentes, in  
 Patritiorum Augustanorum, apud Vindelicos, or-  
 dine fere primi, tamen quod haec omnia exuperet  
 est, genuisse quem meliorem nemo optaret, pietate  
 praestantiorē non uidit, comiorem non expertus est.  
 inuideret profecto Respu. Augustana, nisi etas uestra  
 omnium fauorem mereretur, inuideret (inquam) foe-  
 licitati uestrae, ac si in patriam uirtutum exemplar  
 humeris reportare non daretur, doleret tanto procul  
 dubio praesidio se destituta perenniter. Iudē uirtutis  
 cursus, iudē innocentiae gradus, non sors, nō casus, at  
 iuris dicundi scientia, equitas, integritas & facilitas  
 similes sociauit, pares adiunxit his duobus atq; ita  
 a † pares

pares ut neq; priores uincāt, neq; dignitate superen-  
 tur ab illis, hi duo PETRVS dico GREYS, ac IO-  
 ANNES RINCKENBERGER. Laudatur Cys-  
 rus ille, ad iusti imperij simulacrū, quā ad ueritas-  
 tem historiae à Xenophonte philosopho historiogra-  
 pho, historiographo philosopho primo scriptus mar-  
 gis, Africano manet laus perennis, quod hunc librū  
 de manibus ponere solebat nunquā, ut inde hauriret  
 diligentis & moderati imperij officia: quantum glo-  
 ria accedat ijs aestimatis esse necessarium Principes  
 nobilissimi, qui uita expriment quod lieris commen-  
 dari graue foret cuiilibet hominum uel doctissimoꝝ  
 qui non manu scripta de sese (quae etas uestra ob  
 magnitudinem uirtutum uix percipere, aut emuli  
 studio atq; affectu aliquo conficta dicere possent) sed  
 uiua coram indies, innocentiae omnis exempla uobis  
 uita sanctitate praeserant? Quapropter ijs quantum  
 per uitam omnem debeatis, scio innata illa ac regia  
 uestra indoles etiam num sentit, olim magnidecentia  
 declarabit. etenim Principe prognati, Principum tu-  
 tela moderati, educati clarissimorum uiuorum cura,  
 ut aliquando imperetis, tute uero imperetis facit mo-  
 destia qua in summa fide & quiete subditos uestros  
 fouent sanctitas, qua educati uos, magnam spem  
 eamq; certissimam de bonitate uestra concipere pro-  
 uinciales cogunt: quam quidem dum optimam con-  
 ceperunt, nihil quod sinceritati ~~et~~ uestri aliter  
 num sit

N V N C V P A T O R I A .

num sit sibi ipsis persuadent. ea enim uero tanta est,  
 ut non optimam indolem fastidio habeat, elegantem  
 autem clarissimam reddere omnibus uerbis intendat,  
 doctrina queat: nam hunc IACOBUM HOLDSE  
 VV HAERT naturam uobis finxisse, diuinam benig  
 nitatem præceptorem dedisse, non est Principes ad  
 mabilissimi, quod dubitemini. is enim tanta doctri  
 na, quanta in uiro optimo satis, quanta optari poss  
 sit maiori diligentia præditus est, qua ne Senatus ue  
 stri Maiestas, ne uestra authoritas uobis excidat, ut  
 literas bonas, cum animi habitu optimo, non soli,  
 sed totius prouinciæ uestræ cum nobilioribus pueris  
 imbibatis annuitur. ut quos olim imperij uestri mini  
 stros, rerum gerendarum socios, gloriæ admirato  
 res habituri sitis, eos & optimos, sanctos, moderat  
 tos, iustos, modernis quàm similes habeatis. ô lau  
 laudatissimum principem, si is qui liberos bonæ spei  
 relinquit, tum demum post mortem iure laudatur.  
 ô foelicissimū parentem uestrum BERNARDVM  
 si aliquis sensus manibus inest, quem tam sancta po  
 sterorum educatio, uel in summum gradum foelicitat  
 tum omnium (si modo foelicitatis gradus sint) extolli  
 potest. Videt Princeps optimus ab optimis principi  
 bus, principes filios fide tutari, integritate ornari,  
 exemplo boni duci, ab optimis imbui, suos iuste  
 regi, atq; ad æquum imperium liberos instrui, tum  
 demum, quod à sexu remotissimum, in orbitate duri  
 a s ufculum

## EPISTOLA

usculum, Genitricem nobilissimam indulgentis ma-  
 tris nomen citius perdere, quam sanctæ non retine-  
 re uelle, eamq; & talem uobis superesse, cuius lau-  
 datissima illa uox, qua præceptorem uestrum olim  
 officio suo, cum opus esset, fungi adhortata est: SA-  
 TIVS esse pueros austeritate parentū illachrymari,  
 quàm parentes in adultioribus indulgētia corrupte-  
 lam uel deplorare, uel luere. Nolo autem Principes  
 Illustrissimi, nolo inquam sit, qui tot tantaq; glo-  
 rie iam enumerata incrementa assentationis ergo  
 aut quasi in alijs sint clara, non propria in uobis de-  
 scripsisse me putet. Felicitas enim parentis unde nisi  
 ex uobis stirps alta, in qua eius parte, si non in uobis  
 ipsis? Tutorum amor in literas frugalitasq;e, Vi-  
 carij dignitas, IIII uirorum integritas, diligen-  
 tia præceptoris, materna pietas, iam dudum gloria  
 premium uberrimum totius Germaniæ consensu  
 recepit, nihil ullius assentatione illis adcreuit nomi-  
 nis, detractione decreuit nihil, æque dum id  
 quod habent boni non imminuunt, etiam si ita uo-  
 bis omnia impertiant, ut eæ, quæ in ipsis sedes fu-  
 rixisse uideantur uirtutes, à uobis in apertum profe-  
 rantur: quæ quidem etiamnum illucescere in uobis  
 ita incipiunt, ut quantum olim omnia illustratura  
 sunt, appareat non obscure. Quæ cum communem  
 omnium efflagitant amorem (quæ loquidem uirtute  
 nihil amabilius) nuper cum in urbem uestram Bas-  
 densensu

N V N C V P A T O R I A .

denssem forte fortuna uenissem, ac in aula exceptus  
 essem perhumaniter, tanta indolis uestræ me uel ce-  
 pit, uel incendit admiratio, ut quoquo primo modo  
 possem, gratulandum uobis mihi uideretur, ac obser-  
 uantia meæ erga uos gustus aliquis exhibendus. Ob-  
 stitit hæcenus splendor uester uerecundie meæ, cum  
 uelle optima, paucissima uero me posse sentirem, at  
 uicit tandem moræ impatiens omnis uestrum reuer-  
 rentia, quæ me, cum hanc CAMPAÑI Historiam  
 exscribendam curassem, multum diuq; cogitan-  
 tem, cuius autoritate ornatam, Germanis legendam  
 emitterem, uobis ut dedicarem omnino impulit. licet  
 alienum hunc esse laborem, tamen quod meliora  
 haud facile, quæ & uestræ ætati & ordini oportu-  
 na magis nunquã exhiberi posse uiderem. hærentẽ  
 diu, excitat hemistichium illud Prouerbiale *ἔτι οὐ  
 δὲ τὸ δοῦνός ἀπὸ τῆς*, iam manum admouentem tra-  
 stabilitas indolis uestræ præclarissimæ alacriorem  
 reddebat. quos enim alienæ uirtutes tam gnauos ui-  
 derem æmulos, auitæ fortitudinis sectatores dubita-  
 rem? quandoquidem ut ille ait

Qui uiret in folijs, uenit ab radicibus humor:

Sic patrum in natos abeunt cum semine mores.

quales olim igitur Reipublicæ Christianæ propugna-  
 tores futuri essetis, non potui non diuinare, imò ex  
 maiorum uestrorum præclaris facinoribus non col-  
 ligere. qui quidem cum ex ea urbe traherent origi-  
 nem,

nem, quæ orbis imperium, & studio boni, & fortitudine animi acquisierat, magnanimitate, æquitate ac bellicis in rebus prudentia singulari, Romanis se ortos esse indicarunt, in quorum laudes quod iam excurram, neq; instituti nostri est, neq; ratio patitur, quum in RODVLPHO AVSTRIO, plura de ijs commentati simus. quorum igitur gloriam, quum omni studio, ac rei bellicæ uirtute exuperare, haud dubie estis conaturi, hoc exemplar Imperatoris præstantissimi ac militis gnauis, post domestica familiæ uestræ exempla absolutissimum, exhibendum uobis putauimus. nam ut nemo neq; pictam, fictam nemo perfecti imperatoris effigiem, tam clare exprimere potuisset, sic hic noster CAMPANVS in BRACHIO describendo principem, facile omnium iconas statuasq; omnes superauit, uel in hoc quidem Xenophonti superior, quod summus ille Philosophus, qualis esse debeat princeps bonus: episcopus hic disertissimus quantus fuerit Imperator Brachius, tanto quidem elegantie lenocinio conscripserit, ut non minus uerbis huic famulatam esse, quam illi <sup>æternis</sup> astitisse uideri possint. Rideat sane Phormionem Peripateticum Hannibal immanis de Imperatoris officio pulchre, delirare eum contendat, de omni re militari copiosissime differentem: certe si ipse, ut ferunt, a Sosillo Lacedæmone institutus, aut si bene ab eo institutus fuisset, quam nouennis puer à patre in Hispa-

Hispaniam deductus condidit, arti militari prudentiam à præceptore hausitam coniunxisset. Nam ut confidentissimi imperatoris fuerit, extremo ab orbe formidabile Carthaginensibus imperium Romanum inuadere: gnauissimi inaccessa hominibus loca ut atq; industria cum exerciui, equitibus, peditibus, elephantis, perrumpere: fortissimi tot exercitus, Consules, Imperatores, non modo uincere, uerumetiam delere penitus, in bonis disciplinis parum exercitati sit, necesse est, uictoriæ cursum ita negligere, ut orbis imperium, gloriam summan, amissa, sola negligentia, conspicuum sit. Ceterum quem ipse summum, quem à primo primum, quem deniq; assentati uncula quadã callida tertium maximorũ imperatorũ confessus est, constat à teneris in ocio ac umbra, quæ ad res gerendas usui essent, hausisse. Quid enim Macedo ab Aristotele non didicit puer? quàm à teneris annis Epirotam Pyrrhum regijs disciplinis imbutum fuisse oportet, quandoquidem ut factis exemplar, sic scriptis rei bellicæ doctorem se exhibuit. De Scipione nonne per totam uitam, in uniuersa belli ac pacis disciplina Xenophonta præceptorem habuisse traditum est: haud igitur uideo ego cur hæc tam consummata Imperatoris institutio puellis uobis diurna nocturnaq; non sit uersanda manu, cum iam ætas illa uestra ad discendas quàm agendas res aptior, & imbibita discipline tenacissima sit. quum in ocio



ocio iam, quibus consilijs, quam forti animo, qua ma-  
 turitate bella suscipienda, suscepta gerenda, quæ ge-  
 runtur conficienda sint: quanto deniq; labore, quam  
 multijuga uirtutū exercitatione trophæa erigēda, ac  
 triūphi splendidissimi demerendi, addiscere possitis:  
 quod si quis ex Liiio, Sallustio, ac huius classis au-  
 toribus elici posse contendat, tam auersum me à ue-  
 ro, ut quæ sint uerissima, negem, haud habebit: mihi  
 uero importunus uidebitur, qui non concesserit, quæ  
 ex ijs sparsim, perenni serie hic hauriri posse: impu-  
 dens sit quoq; necesse est, qui flumen Liiij, breuita-  
 te Sallustiana deriuatum, ac ceu in lacum exonerat-  
 tum, amoenissimis littoribus hic inclusum esse non  
 fatetur. Esto, res militaris pulchre factis illustretur, li-  
 teris non condiscatur, non ne literarum ornatus, me-  
 moria illa perennis, quæ ne præclarissima res gesta  
 obliuione obruantur, quæ ut modice bene facta, illu-  
 strissima efficiantur, quæ etiã ut summa uirtia eluan-  
 tur prestare possunt, non ne (inquam) in amorē diti-  
 muneris (quo generi humano concessum est nullum  
 maius à Deo Opt. Max.) non dico uos, quibus tam  
 clara indoles, sed uel ineptissimos quoslibet rapere  
 possūt? Aut igitur uirtuti uestræ dignā aliquā Princi-  
 pes amabilissimi (labore hoc meo, qui quantus fuerit  
 in mēdis et erroribus restituendis, uindicandisq; ipse  
 mihi conscius sum, quid uero præstiterim, qui Italici  
 ca uetustissima exemplaria conferre uelint, testes esse  
 possunt)

N V N C V P A T O R I A .

possunt) uobis nauasse operam labor, aut institutum meū literatorum iudicio (quorū et si estis aman-  
tissimi, quod ipse fieri posse uix credo, ut amanueros  
essetis, effecisse me spero) ab accusatione male feriat  
torum hominum qui aliā obrectatione laudem ue-  
nari soleant, defendendum commendo. mihi quidem  
fructus obseruantie meae erga uos satis est magnus  
decus uestrum. quod omne cum in uirtute positum  
sit, ut meritis in bonos, cuius quidem facultatem ha-  
betis maximā, illustretis, operam date. CHRISTVS  
IESVS, uos, quos ortu & indole pares, unicum uir-  
tutis specimen orbi dedit, in concordia tueatur &  
alat diu, ut post immortalitē nominis uestri, quam  
innata uobis uirtus pariet, quae uobis proposita bea-  
tudo, eueniat benignè Ex in clyta R A V R A C O /

R V M B A S I L I A . Calendis Martij,

Anno a nato Christo,

M. D. XLV.



IN LIBROS DE VITA ET GESTIS

ANDREAE BRACHII, IOANNIS

Antonij Campani Praefatio.



Itam & Res gestas Brachij scriptur  
 rus, si nihil aliud, hoc certo spero me  
 affecuturum laudis, quod etati consu  
 lere conabor mee. nam quid alij sen  
 tiant nescio: mihi quidem illud imprimis uideri solet  
 honestissimum, qua quisq; natus sit tempestate, eam  
 omni cura efficere praecelaram, & quo maxime po  
 test studio, aut factis, aut dictis illustrare: nec pati eos  
 occidere, qui summa ope ut immortales sese facerent  
 studuerunt. Nec est in quo magis accusari negligen  
 tia nostra possit, quam si quae tempora nos in lucem  
 ediderunt, ea nos incognita praeterire, & abdita iac  
 cere in occulto, plus quam ingrati, patiamur. Ut .n.  
 anni uices poma, sic aetates ingenia suo decori atq;  
 ornamento pepererunt. nec tempus ullum fuisse cen  
 seo, in quo & qui gerere praecelaras res, & qui ge  
 stas scribere possent, natura abunde non tulerit, alte  
 ros ut tanquam metereant gloriae segetem, alteros ut  
 horreo penusq; repositam instruendae posteritati,  
 tanquam familiae alendae, reseruarent. Nullum enim  
 iucundius est animi alimētum, quam memoria gesta  
 rum rerum: quae qui careat, is neq; imitari praecel  
 arum rerum possit facinorae, & ueluti nouum quens  
 dam ciectus in orbem, rudis omnium rerum, imperi  
 tusq; uersetur. nec maximam ac certissimam naturae

sue partem dignitatemq; respiciat. siquidem presen-  
 tia breuia sunt, euanescentq; uno ictu oculi: futura  
 uero, nulli mortalium explorata, sola quæ præterie-  
 runt & certa sunt, & in immensum repetuntur: ut  
 tandiu fuisse quis in uita, quam longe repetere præ-  
 terita uideatur. Sensu enim hominis uita, non spiritu  
 est metienda sed cum tanta sit magnitudo rerum æ-  
 tate nostra mari terraq; in Italia gestarum, ut exer-  
 cere uel summa possint ingenia, feci quod solent qui  
 in hortos aut rosaria admissi, quia cuncta pudet,  
 pauca quidem illi, sed tamen pulchriora decerpunt,  
 & grauiora suscipere etiam ipsis molestum est quæ  
 feruntur. Tum hic mihi unus uisus est, non modo  
 quem nostris hominibus anteponerem, sed quo iusta  
 acie cum uetustate certare posset ætas nostra, si mo-  
 do ut homines, sic etiam tempora considerentur.  
 Quem enim ex omni antiquitate reperies nullius o-  
 pe atq; auxilio fretum, eo imperij gloriæq; peruenis-  
 se? Veterum alios patria atq; auita extollebant re-  
 gna, alij ciuitates et Respub. stipendia, commensus,  
 delectus suppeditabant. Plerosq; domi literis atque  
 ocio deditos fauor populi repente ad militiam emit-  
 tebat (quasi idem esset gladio certare, quod lingua:  
 idem foro moderari, quod acie) qui si magna per-  
 perere imperia, non tamen uno seculo, non uno pri-  
 uate opis Duce, tantum accessionis est factum. Nam  
 & magnis copijs, & multos annos, uel circa unam  
 hærebant urbem: huic omnia contra, militiæ & labo-  
 ribus

boni deditum uirtus militem, eadem imperatorem  
 effeci. & patria nudus electus, intra paucos annos,  
 parua manu, totam aut domuit, aut agitauit Italiam.  
 Nec est quod uetustatem accusem, sed nostros inter/  
 dum homines priscis comparo: quos, si iure id facere  
 possem, cur non libenter etiam anteferrem: quo ma/  
 gis eos demiror, qui uetera consecrati, dum aliena  
 colerent, sua inculta desertaque reliquerunt. sic  
 probant, quae non uiderunt: quae uiderunt, tanquam  
 neglecta improbatâq; praetereunt. nam pauci sic per/  
 icliuine complexi sunt Italiae gesta, ut desiderium no/  
 bis, non noticiam reliquisse uideantur: quorum sub/  
 limia & praecleara ingenia, nisi quod alienis inuigi/  
 larunt, etiam in hoc ipso scribendi genere ueteres  
 aequare potuerunt. Nec tamen illorum me magni/  
 tudo deterrebit: spero equidem, ut senes puerorum  
 solent ludos, ita illos mea haec acerba atq; inmatu/  
 ra rudimenta, summa cum delectatione, nulla cum  
 inuidia spectantes, errata etati, cetera industriae da/  
 turos. & fortasse in hoc quoque pueros imitati su/  
 mus, qui pro laudis emulatione, grauiora quam  
 ferant humeri, suscipere onera consueuerunt. Vtun/  
 que tamen futura res est, magno accedemus animo  
 ad res gestas tanti uiri perscribendas: qui si annum  
 quintum, ante me natum, est mortuus, tanto nos ma/  
 gis adulandi uocabimus suspicione. Et qui eius ge/  
 rendis rebus interfuerunt, ita eas memoriter solent  
 enarrare, ut ipse quoque mihi, qui nondum eram,

4. IOAN. ANTO. CAMP. PRAEFAT.  
uidear interfuisse. Nonnulla tamen, quanquam cer-  
ti erant autores, quia superare fidem uidebantur,  
sponte nostra praetermisimus, satis haec futura ar-  
bitrati, quae tanquam illius clarissimi uiri primiti-  
as nostrae aetati redderemus, simulque ut ceteros  
pari spe aut immortalitatis, aut si hoc ni-  
mum est, nobis, certè diuturnitatis  
excitaremus ad glo-  
riae decus.

IOAN.

# IOANNIS ANTONII

EPISCOPI APRVTINI, DE VITA

ET GESTIS ANDREAE BRACHII

Perusini, Italicae militiae Imperatoris olim

Strenuissimi, Liber

primus.



Brachiorum familiam, sunt qui in Barchinos Carthaginenses referri uelint, autoremque originis fuisse Hannibalem. quod neque a uetustate generis, et magnitudine gestarum rerum, neque a nominis similitudine dicunt abhorreere: nam et a Barchinis Brachios potuisse dici, et uulgus aliquid, ut solet in tanta diuturnitate temporis, intercidiisse putant. Sed res est perobscura, et quae non modo in aetates multas, sed supra ipsam penè uetustatem repetatur. Quocirca mihi neque affirmare est animo, propter tam longam antiquitatem temporum, diuersitatemque regionum, neque negare. Illud satis constat, a forti ac robusto eius familiae uiro, cui primo id inditum nomen, sorte Brachios appellatos, eosque Perusiae multis iam seculis, nobilitate atque opibus claruisse, principemque ciuitatis tenuisse locum. Hoc, non opinione solum iam insita et inueterata, sed



6 IOAN. ANTON. CAMPANI DE  
 certissimis eius urbis, uetustissimisq; annalibus com-  
 probatur, exitisse ex ea familia multos, foris, domiq;  
 claros uiros, qui partim militaribus dediti studijs, par-  
 tim Reip. regendae intenti, non paruam sibi, ac suis  
 posteris gloriam pepererunt. Extant enim monu-  
 menta maiorum, quae etsi non accurate magnificeq;  
 scripta sunt, continent tamen aliquid, quod legi pos-  
 sit, & sint cognitione dignissima: ijs praesertim, qui  
 non tam scriptorum elegantiam desiderant, quam  
 notitia delectantur antiquarum rerum. Sed Perusi-  
 num imperium haud sane stabile fuit: quippe nunc  
 optimates gerebant remp. nunc plebeijs suis usi uirib.  
 inuadebant: & ciuitatis regimen non aequitate &  
 moderatione, sed ui atq; armis querebatur. qui uicto-  
 res fuissent, uictos alios caede, alios exilio mulctabāt.  
 Plebeijs remp. obtinentibus, multi ex ea familia censi,  
 pleriq; in exilium pulsī. Contra uero quum ad opti-  
 mates peruenisset imperium, plebeijs magna ex par-  
 te ciuitate eiectis, paucis etiam trucidatis. Forte Bra-  
 chiorum autoritas atq; opes summae habebantur: illi  
 magistratus gerere, legationes obire, et cum paucis  
 ciuitatis statum defendere solebant: finitimis quoq;  
 regionib. magni atq; incliyi. Etsi scio me t de uetusta  
 te generis et splendore maiorū, sed de unius Brachij  
 gestis dicere instituisse. Nascitur Brachius Perusia-  
 Calen. Iulij, anno religionis nostrae Millesimo Tre-  
 centesimo Sexagesimo octauo. patre Oddone, uiro  
 imprimis claro, matre autem Iacoba ex uetustissima  
 Montemel/

Puto hic de  
 esse, haud,  
 uel aliquid  
 tale.

Montemelinorum familia: ut virum genus nobilitate præstaret, plane esset incertum: potentius tamen paternum habebatur. Tradunt Andrea huic primum fuisse nomen. Mox propter ingentem conceptam spem, gentili nomine Brachium appellatum: Parentem uero qua die natus esset, ad Mathematicos delulisse, consuluisse quid puero boni maliq; portendi arbitrarentur, responsumq; In summum, & ætatis suæ clarissimum bello virum euasurum. Hinc maiore cura ac studio educari coeptum: hinc pedagogos, qui & incorrupte custodirent, & prima literarum præcepta traderent, adhibitos esse. Interea mortuo patre, pueritiam sub matris tutela egit. nec minore cura instructus, iam tum magnitudinem animi, ultra ætatem ostendebat: nec, quibus ceteri adolescentes, de diuis uoluptatibus sed equitandi, saltandi, currendi studiis intentus, corpus per uarios labores exercebat. Traductus Montonũ paterni iuris oppidum, misericordie sibi oppidanorũ animos conciliauit. Sed nata ex uirtute (ut fit) inuidia, qui alterius erant factionis (nã hic quoq; erant simultates) tendere in eum, ac duos natu grandiores fratres, insidias ceperunt: quæ cum parũ procederent, aliã aggressi uiam, fraternas discordias serere. Sed quum nec ijs quidem processissent, omnia intestina seditione agitare, manifestas odij faces popularium animis iniicere conabantur: maxime eius adolescentis uirtus, ut amicos ad fauorem, sic inimicos ad inuidiam & maturandum

facinus armabat. res ad tumultum uenerat. Fratres primum consilij inopes, sedare eam rem, omni qua possent equitate & moderatione tentauerunt, sed inimicis noctes ac dies ad iuuenum perniciem tumultuantibus, primus Brachius arma cepit, uel iussu fratrum, qui etati magis imputari facinus uolebant, si quid accidisset, uel quod illi magis populus fauebat. sic clientū collecta atq; armata manu, alterus factionis principes, autores seditionis, diuersa uia adortus, duos medio in foro obruncat: tertium, qui Perusiam forte perrexerat, eadem illa die, in itinere reuertentem excepit, atq; sua ipse interfecit manu. Quæta res posthæc ab tumultu fuit, omnium animis in eius adolescentis sp̄e erectis. Sed cum iam matura militiæ uideretur etas, decimum octauum natus annum, uel quod fata eum ad maiora uocarent, uel quod animus natura magnus, nihil existimaret ocio turpius, non amplius domesticis delicijs uires emolliendas, sed tentandam rei militaris fortunam constituit: quo maiores suos, quorum præclara facinora memorabantur, aut æquaret gloria, aut quod magis cupiebat, anteiret. Sic animum ad maxima quæq; paratum, incertum tamen quo potissimū intēdere, uarijs cōsilijs agitabat. Sed quū per id tempus, inter Ariminēses et Feltranos bellū esset exortū, Mōtano sub matris ac fratrum imperio relicto, per exiguo comitatu in Feltranorum castra cōcessit: illi per benignè acceptum, 15. equitibus præsecere. Hoc pri-

mum eius stipendium fuit, quod non tam uirtute,  
 cuius nullum adhuc foris extabat exemplum, quam  
 generis nobilitate adeptus est. Adeo nobilitas ipsa,  
 nescio quid magnum, etiam tacita, pollicetur. Nec  
 multis post diebus, cum acius instaret bellum, glo-  
 ria cupiditate incensus, maius etate ac uiribus opus  
 aggressus est. Non procul à castris oppidum Forum  
 Sempronij Ariminensium praesidio tenebatur, quod  
 non solum armis, sed etiam situ naturaq; munitum,  
 Feltrani capere non poterant. hic Brachius suis ap-  
 pellatis militibus, paucis etiam adiunctis alienis, hos-  
 tilem agrum excurrit, magnaq; pecorum coacta  
 praeda, compluribus etiam captis agrestibus, letus  
 in castra reuertebatur: tum uero qui oppido praesi-  
 debant, à fronte statim, atq; à tergo ex occulto, ado-  
 riuntur. oppidani quoque suos adiuuabant, et cla-  
 more pugnantem hostem saxisq; terrabant. ingens  
 hic oritur praedium, illos pudor atque ira, hos peri-  
 culi magnitudo stimulabat, uicit tamen multitudo  
 paucitatem: et qui praedam egerant, fusi fugatiq;  
 terga uerterunt. Brachius multis acceptis uulne-  
 ribus, ab oppidanis morienti similis, capitur:  
 nam inter caetera uulnera, et medio pectore tra-  
 iectus erat, et alterum telum, ad alteram partem  
 humeri penetrauerat. Oppidani quem pugnan-  
 tem non poterant, captum interficere cupiebant,  
 non tam mortem (quam non multo post putabant  
 futuram) quam mortis accelerationem quarentes.

cessit tamen immanitas auariciae, quippe dicente illo, si se uiuum seruassent, duo milia narium accerpturos: tandem uita pepercerunt. Interea qui terga uerterant, ut est fortuna belli, praeter spem resumptis animis, tanto conatu referuntur in hostes, ut impetum illi sustinere non possent: atque ita perterriti, Brachium multis confossum uulneribus reliquerunt. exceptus statim a suis, & reductus in castra, magna cum diligentia curatus, tanto periculo praeter spem omnium liberatur. Nec multis post diebus, quuam eundem agrum popularetur, ceruice uulnus accepit, quo lacuum contractum latus, diu mansit immobile: sed etate fretus & medicorum diligentia, post aliquot menses mouere brachium coepit. illi fomenta, illi balneas illi omnia genera medicamentorum adhibebant, quo reliquo lateri sensum motumque restituerent, brachio autem libere laxato cruri quidem penitus mederi nequuerunt, sed tamen non solum ut ambulare posset, sed etiam, ut ne deformiter quidem uiceret, effecerunt. Ea tempestate Perusinorum status, penes optimates & nobilitatem erat: sed quo plenius reliqua intelligi possunt, pauca quaedam aliquanto altius repetemus. Perusinorum imperium (fama est) satis magnum potensque fuisse: ex altera parte Tyrrhenum mare, Adriaticum ex altera contingebat. Aretinos, Clusinos, Cortonenses, Thudertinos, & qui finitimi sunt populis, in eorum uolunt fuisse potestate. SED NIHIL

HUMANIS IN REBUS POTEST ESSE  
 PERPETVVM. nam quum ciues ocio dediti, im/  
 perio atq; opibus ualere, superbia simul cum diui/  
 tijs aucta est: & quibus finitimi resistere non pote/  
 rant, in sua ruentes uiscera, ipsi sese domuere. acres  
 deinde seditiones orta, coepta intestina bella, plebs  
 factionibus primum elata, mox a nobilitate oppres/  
 sa, in uices acta est. optimatibus deinde inter se dissi/  
 dentibus, plebs ipsa capebit imperium: optimates ci/  
 uitate pelluntur: tandiu in exilium acti, donec ar/  
 mis plus possent. In tantis rerum fluctuationibus,  
 fines imperij angustiores facti: & qui ad utrunque  
 mare pertingebant, uix in paucos monticulos, modi/  
 cum que agri recessere, cetera finitimi sola concor/  
 dia potentiores, inuaserunt: satis magnum exem/  
 plum futurum posteris, nisi mortalium oculos stul/  
 ta cupiditas occaecasset: NULLVM CORPVS  
 CONSTARE POSSE, CVIVS MEMBRA  
 INTER SEIPSA DISSENTIANT. Nemo  
 est qui Rempubicam priuate anteponat atque sua.  
 Sed esto, concedatur hoc hominum auiditati: NE/  
 MO EST QVI DIGNITATE SVA SIT SI/  
 NE CIVIVM SVORVM CALAMITATE  
 CONTENTVS. Ergo nostram hanc Italianam  
 principem omnium terrarum, non ceterarum gen/  
 tum nationumque uictorie illustrant, sed diuer/  
 se factiones, ciuilia que & domestica bella  
 conficiunt. Quae imperia maiores nostri sua  
 uirtute

uirtute peperere, ea temeritate nostra defecerunt,  
 confugimus, oppugnamus nos ipsos. & quorum ma-  
 iores uniuersum terrarum orbem obtinebant, nostri  
 nos parietes & tecta non capiunt. ciues nostros pel-  
 limus ciuitatibus, uicinos & familiares non urbe  
 solum, sed tota interdum regione præcipitamus, &  
 quorum tueri deberemus uiam, eorum spiritum  
 ac sanguinem affectamus. Nam quæ in Italia non  
 dicam ciuitas, sed exigua & montana uilla, non  
 domesticis factionibus distinctur? qua ex urbe? quo  
 ex oppido non exules plures, non etiam rebelles in-  
 uentus? quocirca illa arma, illa uires & conatus ue-  
 terum, clarissimos triumphos, innumerabilesq; ui-  
 ctorias ex hostibus reportabant: nos, quia nostra te-  
 la in uiscera nostra perstrinximus, nostro frangi-  
 mur impetu, & ueluti maris undæ, unum in locum,  
 ex diuerso concursantes, nostra sola impulsione col-  
 lidimur. Nam quis est per Deum immortalem, qui  
 non magis cogitet, quo pacto ciues suos possit inua-  
 dere, quam quemadmodum fines imperij propagat?  
 re? ut plane in omnium seculorum ætatumq; sordes,  
 & in postremam morum foeditatem incidisse uideamur.  
 Quorum eadem sunt tecta, ijdem lares, sepul-  
 chra, templa, parietes aspicere non possumus: qui-  
 bus iura, leges, instituta diuina atque humana com-  
 munita sunt, eos domo exturbamus, alienos & pere-  
 grinos inuitamus. Sed ne feramur longius. Ea tem-  
 pestate Perusinum imperium nobilitate obtinente,  
 plebeij

plebeij partim erant trucidati, partim quo sua quent  
 que sors egerat, uagi atque exules ferebantur. qui ci  
 uitati præerant, cum Bonifacio summo Pontifice fac  
 tus percusserant: non multo post, quo tutiores so  
 rent, ad eundem ciuitatis cura imperioq; delato, ad  
 eò libertatem suam amittere, quam alienam redder  
 re maluerunt. Inter hæc, qui alterius erant factio  
 nis, oppidum in agro Perusino Derutam intras  
 uerunt, quorum Dux Biordus Michiloctus, bel  
 lice rei laude insignis, atque illa etate clarissimus:  
 quum magnum in Gallia exercitum comparasset,  
 ubi exules inualuisse, & captum oppidum à suis ac  
 cepit, in Perusinum cum septem milibus delectorum  
 milium proficiscitur: castris deinde secundum Tybe  
 rim locatis, urbem obsidere instituit. Qui ciuitatem  
 regebant, uel quòd inter se disiderent, uel quòd ho  
 stium extimescerent potentiam, resistere hosti atque  
 in prælium uentre, minimè ausi. procedente obsidio  
 ne, quum res frumentaria, & que ad tolerandam  
 eam rem necessaria sunt, indies fierent arctiora om  
 nia, legatos qui de pace agerent, ad Biordum misere  
 runt. auditi sunt ab illo perbenignè, ut cui nihil pa  
 tria esset optatius Pacis condiciones fuere, ut lega  
 ti ad summum Pontificem mitterentur, ille Perusiã  
 profectus rem stabiliret. Aduentu Pontificis cæteri  
 exules, quorum erant circiter duo milia, reuocan  
 tur, Biordus cum omni exercitu in agrum Picenum  
 contendere iussus est, transireq; Apenninum mon  
 tem, prof



rem, proculque à Perusinorum finibus, cum omnibus copijs, quadraginta passuum milia, decedere. Sublata iam discordia, uel potius sedata uidebatur, quum plebeij maioribus freti uiribus, repente arma capiunt, forum inuadunt, nobilissimum quemque trucidant: inprimisq; optimatum principem Pandulfum Balionum domi potentem, atque antiquissima natum familia, confoderunt. optimatibus interfectis, armati urbem excurrunt, caesæ nobilitatis opes, fortunâsq; diripiunt: domos aut funditus diruunt, aut igni atque incendio uastant. Urbe per hunc modum amissa, Pontifex, & cum eo obtingenti cives, secuti nobilitatem, Asisium confugerunt: multi optimatum, quos hostes in tumultu capere non poterant, per urbis moenia sese deiciunt. Montonium, ubi Brachius morabatur, profecti, oppidum in Pontificis fide continuerunt, quædam etiam Perusinorum munita castella, in Pontificis mansere potestate. Fracta quoque, flumine munitum oppidum, illius fidem sequebatur: arcem Tutius quidam præfectus, obtinebat. SED ANIMOS HOMINVM MUTANTE FORTUNA, ubi plebeios imperium inuasisse accepit, tradendi oppidi consilium cœperat. qua re per oppidanos cognita, Brachius quod & finitimum erat oppidum, & inter montium situm angustissias, ut hostium uel impedire, uel aperire transitum posset, parua coacta manu, de tertia illuc uigilia

Luc uigilia proficiscitur, quo aut confirmaret op/  
 pidanorum animos : aut, si hoc facere non pos/  
 set, ui subita in arcem irrumperet. Tutius uero,  
 qui eius aduentum ( nescio quo pacto ) praesense/  
 rat, duo expedita agmina, non procul ab op/  
 pido iussit insidere : quae transcurrentem, per an/  
 gustias ex occulto adorta, primo statim impe/  
 tu ceperunt : deductumque ad arcem, in uin/  
 cula conicerunt. Dum haec in Perusino gere/  
 rentur, Biordus (de quo supra diximus) audita  
 primum populi seditione, mox de uictoria suo/  
 rum certior factus, Perusiam cum omni exercitu  
 contendit. qui quum & Fraclam ab hostibus de/  
 fecisse, & captum Brachium accepisset, inter Fra/  
 clam ipsam & Montonum posuit castra : misitque  
 qui Brachij fratres, qui Montonum tenebant, ad  
 deditonem sollicitarent. illi saepe ante Brachium  
 redimere conati, tradito oppido fratrem recepe/  
 runt. Fertur Biordus, antequam ille rediret ad su/  
 os, perbenigne hominem allocutus, obtulisse, si se/  
 cum militare uellet, stipendium quantum ne a/  
 pud Feltranos habuisset : magna & in hoste & in  
 uictore clemētia. Illum uero egisse gratias tradunt,  
 & in hunc ferme modum respondisse : Non uolun/  
 tatem sibi deesse sub illo militādi, ceterum fortunam  
 aduersari : *SI TUA* (inquit) stipendia sequi uelim,  
 aut ipse ignauum me senties, aut patriae prodito/  
 rem : si enim tua secutus signa in acie non fuero, si  
 tuum

Brachij ad  
 Biordum re/  
 sponso.

tuum hostem non feriam, si castra deseram, quid nisi  
 ignaui militis, & perfidi transfugæ opus egero?  
 Sin uerò, inter primos in acie constitero, contra  
 quos erit eundum? Si egregie pugnauero, quos per-  
 tam? si fugientes persecutus fuero, si gladium per-  
 strinxero, non fratres inuadendi erunt? non ferendi  
 amici? non patria denique ipsa uiolanda? Proinde  
 quod fortuna nostra non patitur, nec tu petere de-  
 bes, nec ipse prestare. Ille animi magnitudinem ad-  
 miratus, abeundi potestate facta, hominem apud sui  
 os sæpe postea commendauit: ut sæpe uirtus etiam  
 apud hostem laudari solet. Brachius amisso pa-  
 terno oppido, armis equisq; spoliatus, Burgunt  
 in exilium proficiscitur. Per id tempus Florentini,  
 uel ut sui fines imperij tuerentur, uel quòd bellum  
 finitimis inferre statuissent, ingentem peditum at-  
 que equitum exercitum comparauerant. Omnibus  
 autem copijs præerant duo clari bello uiri, Crassus  
 Venusinus, & Binnus Montopolitanus. ad quos  
 scribam cum misisset Brachius, triginta equitum  
 stipendium accepit, atque ita rebus omnibus quæ  
 bello usui forent, equis, armis, militibus compa-  
 ratis, in Florentinorum castra peruenit, animo  
 nunquam amplius rei militaris intermittendæ. Inter  
 hæc Biordo, quem supra ab exilio reuoca-  
 tum ostendi, a suis interfecto, uariæ res secuta  
 sunt: Exules in spem recuperandæ ciuitatis ex-  
 citi, crebra inter se consilia agitabant, & qui  
 urbem

urbem obtinebant, morte eius uiri perculsi, nouis factionibus laborare, crebrosque tumultus facere nunciabantur. Quasi spe elatus Brachius, paucis coacto milite, ad Mitiam quendam Perusinum proficiscitur. Erat autem Mitias uir in primis bellicosus, domi nobilis, ex Oddonum familia, qui & ipsi non postremum inter optimates nobilitates locum obtinebant. hominem hortatur, ut impetum faceret in Perusinum agrum, facile oppida quaedam in eorum potestatem esse uentura, plebeijs capituli inter se odio dissidentibus. ergo primo impetu, Montemmelinum & Castellum uetus, duo montana oppida receperunt. Bonifacius quoque Pontifex, haud oblitus iniurias, Broliam quendam magnum illa tempestate uirum, legionibus exercituique persequendum, bellum mouere in Perusinos iussit. ille apud Asisium castris locatis, hostium agrum excurrere, populari, uastare omnia: & si aperto bello non posset, insidijs opprimere conabatur: saepe ad urbis portas, una cum Brachio sese ostentare, ut et plebeios contereret, et optimatum, qui clam fauebant animos excitaret. Plebeij tantis difficultatibus circumuenti, tradenda Galeacio Mediolanensium Duci urbis consilium iniere. missi legati, qui & deferrent ultro imperium, & Ducis auxilium implorarent. Non ingrata res Mediolanensi fuit: missa ad defendendam urbem delecta militum manu: quam diu Perusini in fide mansere, auxilium prestatit. Anno sequenti,

sequenti, mortuo duce, maiora quam unquam antea  
 secuta bella. Brachius, ceteriq; exules, qui nihil nisi  
 de recuperanda patria cogitabant, quod ipsi perexi-  
 guas haberent copias, cum Pontifice agere coep-  
 runt, ut quantum maximum posset exercitum cõpara-  
 ret, exules, optimatesq; reduceret. futura profectò de  
 inde Perusiam sub Pontificum potestate, quieturũq;  
 ecclesie imperium: optimates quamdiu ciuitatis gu-  
 bernacula gessissent, summis Pontificibus paruisse  
 semper. Plebeios quum ad delendum ecclesie impe-  
 rium finitimorum auxilia defuissent, externa et pere-  
 grina inuexisse arma, atq; ex alio coelo tela, milites,  
 duces, accitos esse. Mouere Pontificem iusta exulũ  
 preces. itaq; nouis factis auctioribus, maioreq; de-  
 creto stipendio, copias, quãtas nunquam ante, com-  
 parauit. Duces exercitus fuere quatuor: Paulus Vy-  
 sinus, uir armis & consilio clarus: Mustarda, cuius  
 nomen bellicis in rebus haud obscurum fuit: Comes  
 Carraria tertius, cuius etate nostra multa res geste,  
 uariaq; bella memorantur. hi omnes Pontificis fra-  
 tri parere iussi. ille ducebat exercitum, illi datum im-  
 perium mouendi belli: sed tamen, ut eorum, quo-  
 paulo ante dixi, consilio uteretur, quod locorum si-  
 tum tenerent, & rei militaris peritiores haberentur.  
 Florentini quoq; qui superiore anno, cum Pontifice  
 societatem fecerant, auxilia misere. duces Florentini  
 exercitus fuere, Crassus & Binus: sub quibus, ut su-  
 pra dictum est, Brachius paulo ante militauerat.

Tantis unum in locum coactis copijs, Nonis Octobribus, in fines hostium peruenere. Perusini quod ad se tuendos expedire arbitrati sunt, ne improvisos hostis adoriretur, equitatum non paruum, sed pro tempore non satis magnum, coëgere. Brachius omni uirtute atq; studio, Duces ut urbi appropinquarent, hortabatur: quod eo consilio faciebat, ut plebeij, aut in desperationem adducti, dederent sese, exulesq; reciperent: aut quod magis futurum existimabat, totis uiribus in certamen egredereentur. quod si fecissent, non dubitabat paucos à multis, imperitos ab exercitatis posse superari. Ipse interea totius exercitus gratiam inire, amicos sibi ex optimis fortissimisq; uiris plurimos facere studebat. Sed amator uirtuti non deest. Iam cuncto exercitui charus, & Ducibus non minus quam militibus acceptus erat. Itaq; multi cum benignè alloqui, nonnulli suam polliceri operam, atque omnes eius uirtutem admirari: ille quos sibi amicos fecisset, secum unã ducere, ex omni parte hostium fines excurrere, uexare omnia atq; incendere. noctu haud aliter quam interdum præda undiq; agebantur, hostibus ingens terror incutiebatur. milites propterea nonnullos subornat, qui ad hostium castra trãseuntes, transfugas sese esse simularent, explorarentq; quid præsidij, quid spei, quid etiam consilij apud hostes ageretur: qui statim imperata facientes, omnia ad Brachium ipsum, certa explorataq; referrebant. Quaedã etiam oppida partim metu solliciti

tata, partim corrupta promissis, sese Pontifici quum dederent, pleraq; unius Brachij nomen interponebant: illum pacis, illum foederis autorem inuocantia. intra paucos dies, quatuor & quinquaginta castrilla, ab hostibus, ad Pontificem defecere. Interea Perusini omnem peditatum, equitatumq; dies atque noctes in armis esse iubent, quo libere uagantem hostem aut procul a finibus arcerent: aut, si hoc facere non possent, a continuis excursionibus, populationibusq; prohiberent: aut, si ne id quidem liceret, hostes non longo interuallo sequerentur, oppidaq; oppugnare aggressos, ipsi a tergo incompósitos, perturbatosq; inuaderent. paulatim deinde audaciores facti, maioribusq; accitis copijs, cum ereptam hostibus oppugnandi facultatem putarent. non iam illatum propulsare bellum, sed ultrò ipsi inferre uidebantur. itaque per eos dies, quasi deleto, & non a tergo relicto hoste, Oppidulum plebis, sex milia passuum procul ab urbe Perusia situm, quo pleriq; optimates initio belli conuenerant, omnium generum machinis oppugnare statuerunt. Hac re per transfugas cognita, Brachius, cui pro magnitudine animi cuncta tardius geri uidebantur, & uictoriam mente conceperat, Ducum tarditatem plerunque criminatus, nunc per imprudentiam elapsam, nunc per ignauiam neglectam uictoriam exprobrabat. Cognoscere illos per aliena, alienoque certare impetio: se uero ac ceteros exules, pro uita, pro salute,

pro

pro dulcissima patriæ charitate dimicare. Hæc totis iam castris efferebantur unum esse, qui maledicta in duces intorquere non dubitaret. Eam rem plerique in bonam, nonnulli deteriozem, ut fit, in partem accipiebant. Duces, ad se uocatum paucis increpant: mox quid ipse faciendum putaret, quasi ludibrio quærent. Ille non eos, sed cupiditatem suam accusandam esse respondit: cui pro defiderio patriæ, quicquid factum non esset, fieri potuisse uideretur: cæterum, si suum consilium non aspernarentur, breui Perusinum exercitum posse deleri, modo dignum putarent, cuius monitis uterentur. Ducibus, consilio inter se inito, placuit, primum quid ille cogitasset, audire. Mox omnes eius probata sententia, rem illi uno consensu detulerunt. Postridie eius diei, Brachius duces monet, ut exercitum omnem arma capere, totaque die in equis esse iubeant: se, quid hostes facerent, expedita manu exploraturum, atque eorum inuasurum castra: ipsi paulatim appropinquantes, eius fugam exspectarent: daturum operam, ut irritati hostes, ultra ducum castra sese a læua insequerentur: ipsi deinde, a tergo palantes, dissipatosque adorirentur. Affuit benigne fortuna. Nam quum Perusini milites suos, qui pabulatum ierant, fugientes, atque inimicorum insequentia signa conspexissent, magno clamore atque impetu in Brachium feruntur. ille fugiendi resistendiq; dubitabundus, paulatim cedendo,



iam à læua suorum castra reliquerat: tum uero in/
 genti sublato clamore, simul ipse à fronte restitit: si/
 mul à tergo uniuersus exercitus, perturbatos inse/
 quendi studio ordines, effusamq; hostiū aciem, inuase/
 re. Pugnatum est magnis utrinq; animis. alicui quod/
 proprijs sedibus decertarent (quæ res excitare potest/
 etiam ignauos) acerrime præstabantur: alteros par/
 tim gloria bellicæ rei, partim patriæ cupiditas incen/
 debat. Hic unius Brachij uirtus claruit maxime, cum/
 quod eius consilio gesta res esset: tū quod ubi gladio/
 decertandum fuit, unus multorū sustinuit impetum:  
 & quem ceperat locum, quoad reliquæ appropin/
 quarent copie, fortissime defendit. demum ubi per/
 mixtæ fuere acies, alios hasta percutere, alios stricto/
 mucrone ferire, hostium ictus scuto excipere, gra/
 dum sibi uictoria facere cernebatur. Postremo, cum/
 illi uim hostium diutius sustinere non possent, alius/
 alium in locum diffugere. hoc prælium haud sane/
 cruentum fuit, paucis admodum militibus cæsis. cæ/
 terum capti equites circiter mille: signa militaria &/
 machine complures. hac tam subita uictoria potiti/
 duces, non amplius, quàm mille passus procul ab ur/
 be, castra posuere. Brachius tamen si omnia recte pro/
 cedeant, in summa celeritate, suorum tarditas è atq;
 ignauiam accusabat. ipse cum cæteris exulibus, nol/
 etes atq; dies in armis, in equis esse, uexare hostes,  
 plerunq; ad ciuitatis portas manus cum hoste conse/
 rere, inimicos contumeliose appellare. His rebus per/
 territi

territi plebei, cum obsidionem indies acriorem, atque omnem spem auxilij uiderent esse sublatam. ueluti ne quis in ciuitate tumultus per alterius factionis uiros concitaretur, legatos ad Pontificem misere, qui pacem peterent: et, si alio pacto impetrari non posset, urbem imperiūque desererent, obsidesque promitterent. Pontifex ceteris conditionibus repudiatis daturum se pacem respondit, si modo et exules reciperentur, et imperium sibi traderent ciuitatis. Ad hæc legati respondere, De imperio quidem tradendo, conditionem accepturos esse: de exulibus autem recipiendis nihil iniussu populi promissuros: habere certos legationis sue terminos, ultra quos nihil sine populi consensu, atque autoritate suorum ciuium possent statuere. Pontifex, ut **EST** natura mortaliū plerumque ad utilia que honesta propensior, urbem eo pacto recepit in potestate: ut ciues stipendia solueret, ceteraque imperata facerent: exules autem a finibus uiginti milliū passuum interuallo decederent. Hac re exulibus nuntiata, quibus uictoria iam manibus pressa teneri uidebatur, et patrii lares, quos plus assuerat spei, eo magis obuersabantur animis, incredibili dolore affecti sunt: in desperationem adductos etiam iniuria stimulabat. quippe qui magna spe plenos extrema subiisse pericula, solosque uictoriam Pontifici se dicerent peperisse, nunc ab illo deceptos, a dijs atque hominibus desitutatos esse, nunquam amplius patrios lares, nunquam maiorum sepulchra reuisuros. Sed **UBI** **UI**s dominatur, uana est, etiam si sit iusta querela.

Post Perusie deditonem, ceteri exules quam procul  
 iussi erāt, profugi abiere: Brachus Binnuum et Cras-  
 sum secutus duces, Florentiā ad militiam proficisci-  
 tur. Inter hæc mortuo Bonifacio, nouoq; suffecto Pō-  
 tifice Cosma Sulmonensi, qui cognomento, Innocent-  
 tius septimus est appellatus, Roma tumultus afferebā-  
 tur: Ludouicū Pontificis nepotē, duodecim ciues Ro-  
 manos, quod seditionē excitassent, securi percussisse:  
 uniuersam deinde ciuitatē concitatā ad arma, in mo-  
 lem Hadriani fecisse impetum: Pontificē occulte per  
 Ianiculū Viterbium effugisse. Hac re audita, Brachi-  
 us, qui nihil nisi bella quæreret, Romam se contulit,  
 ibi quum forte Mustardā, quem Bonifacij copijs præ-  
 esse dicebamus, primo statim aduētū offendisset, mi-  
 litare sub eo statuerat, quod & illi cognitus esset,  
 et Mustarda summo cōtenderat studio, ne uir strenu-  
 us ac manu promptus, sub alio quoquam militaret:  
 sed fortuna totiens spes eius iam conceptas abrum-  
 pente, postridie quā ipse Romam uenisset, Mustar-  
 da per inuidiam interficitur. Nouum consilium  
 capiendum erat, tandē multis ultro citroq; agitatīs,  
 Viterbium petere constituit. septem eum comites  
 sequebantur. huc quū satis uesperu uenisset, fertur cō-  
 nandi gratia in meritoriam diuertisse tabernam: cō-  
 natum uero, quum pecunias, quas hospiti solueret,  
 non haberet, alteram uestis partem diiussisse, argen-  
 teis lymbis Hetrusco & Gallico more distinctā, atq;  
 eā hospiti pro pecunia dare uoluisse: illū aut hominis  
 liberalitatis

liberalitatem admiratum, simul & misertum neces-  
 sitatem, non solum non accepisse tunicam, sed ultrò  
 quatuor aureos nummos, inuito tradidisse: scri-  
 psisseq; ad filium, qui Volsuuij forte idem exercebat,  
 ut Brachium transcuntem susciperet hospitio, &  
 quatuor præterea aureos dono daret: filium uero pa-  
 rentis iussis magnificè paruisse. Summa profecto libe-  
 ralitas, si & dantis conditionē, & accipientis fortia-  
 nam consideres. Brachius omni spe destitutus, quum  
 Florentiam redire decreuisset, iter Fulgineo fecit:  
 sed fortè domo qua dormiebat incensa, equos, ar-  
 ma, uestes uno incendio amisit. Erant hæc, ut arbi-  
 tror, fortune præludia, quo gratiora, quæ secuta sūt,  
 uiderentur, nudum ducem, nudi comites intueban-  
 tur, & quid iam miseri agerent, aut quid consilij ca-  
 perent nesciebant. qui Fulginei regnabant, diu an-  
 tea eius nobilitate & familia cognita, tam acerbum  
 casum miserati, uestes, equos, arma, pecunias con-  
 tulerunt. Vbi Florentiam uentum est, quum omnia  
 quietiora uiderentur, in Galliam proficiscitur. Per  
 id tempus bellum inter Albericum Barbianum &  
 Bononienses asperissimum gerebatur. Brachius,  
 quo liberio rem prædandi occasionem nanciscere-  
 tur, in Alberici castra concessit, acceptoque duo-  
 decim equitum stipendio, singulis diebus clam ad  
 perte ue, quæ melior dabatur occasio, in hostium  
 fines impetum faciebat, sæpeque magnum hostibus  
 incutiebat terrorem, magna eius facinora utrisque

36 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
castris prædicabantur, & quò plus peperisset glori-  
æ, cò militibus charior, Duciq; acceptior euade-  
bat. HABET hoc uirtus bellica, ut admiratione  
quàm inuidia præstet. Bononienses post magnos de-  
lectus habitos, Berardonem quendam exercitus im-  
pera orem fecere. hic non minus copiarum magni-  
tudine, quàm uirtute militum fidens, non multum  
procul ab Alberici exercitu posuit castra: hostium  
deinde spreta paucitate, sæpe aciem expediebat, sæ-  
pe ad hostium castra faciebat impetum, quo non so-  
lum pugnandi præberet facultatem, sed etiam ho-  
stium animos ad pugnam irritaret. Alberici castra  
inter Castellum Bononiense atq; Imolam, non pro-  
cul à flumine recedebant: hostium uerò stationes, se-  
cundum flumen ipsum, Sanguinarium accolæ uol-  
cant, positæ conspiciebantur: utraq; acies ad decen-  
tandum parata. spe tamen plenior Berardonis exer-  
citus. Hic Brachius, ut erat natura impiger atq; au-  
dens studio gerendarum rerum, Albericum hortat-  
ur, ut cohortes in armis esse iubeat, totumq; exerci-  
tum contineat in ordine: uidere hostes quidem ma-  
gno animo capeßere bellum, contra uero suis non  
parum multitudine esse perterritos, ideoq; opus esse  
consilio. primum locum occupari oportere, quo sui  
commodius in hostes præliarètur, secum centum de-  
lectissimè equitibus secessurum in leuam, proculq;  
inde flumen mille passuum interuallo traiecturum,  
MOX cum in certamen utrinq; itum esset, hostes pu-  
gnantes

gnantes & perturbatos à tergo aggressurum. Placuit Duci consilium, statimq; pauca pro tempore locutus, Brachio cū equitibus, quos mallet abire iussit, aciem & ipse explicauit. Principio hostes, quamquam maioribus freti copijs, milium tamen uirtute repellentur: mox paulatim labente paucitate, maiore facto impetu, ordines perturbant. Albericus desperata uictoria terga uerterat, fugientem hostes persequerentur. inter hæc Brachius à tergo se ostendens, mittit qui Alberico nunciarent sisti à fuga milium, & in hostem conuerti. ipse interea clamando persequentes adoritur: illi subito tumultu perterriti, in fugam sese uertere conabantur, sed iam à fronte atq; à tergo instate hoste, omnes ad unum, aut capti, aut cæsi sunt. Paucis post diebus, nondum hoc finito bello, Albericus à duce Mediolanensium accepto stipendio, nouam expeditionem parabat. proficiscentes interfluentem amnem, traicere oportebat. hæc re cognita hostes, non multum procul inde locatis castris, transitum prohibebant: Rhenum flumen uocant accolæ, qui iugis Apennini defluens, Bononiensem irrigat agrum. Erat à tergo explicata hostium acies, parata, si traicere cœpissent, extremos adoritur: tum fluminis ingens altitudo, uadumq; per angustum, ut non statim totus simul exercitus, sed uix singuli, aut ad summum bini equites transmittere possent. Hostes non procul à flumine fossa altissima munierant castra, animo non prius abeundi,

28 IOAN. ANTON. CAMPANI DE  
abundi, quàm aut inuaderent transeuntes, aut fame  
conscerent. Hac re permotus Albericus, incertus  
quid consilij caperet, milites in concionem uocauit,  
tum etiam à minimis postulata sententia. alij rates  
ædificandas, alij equitatum noctu natationi subijcien-  
dum, pleriq; expectandum hostium discessum cense-  
bant. Brachius sententiam rogatus, Haud dubium  
(inquit) non antea discessurum hostem, quàm nos  
exercitum traiecerimus, quod sine periculo nostro  
non putant futurum. habeo tamen consilium, si uo-  
bis etiam probetur, nullo cum periculo transeundi.  
Iussus aperire, Materiam (inquit) censeo ex pro-  
ximis syluis cædendam, tresq; simul ædificandos  
pontes: fossam post hæc, qua subitus aduenius ho-  
stium, quoad traijciantur cohortes, impediatur, pro-  
cul inde deducendam. Placuit res duci, multaq; die-  
bus materia tres uno die pontes, non multo interie-  
cto spacio ædificantur. Fossa deinde non longe à  
pontibus duum milium passuum complexa longitu-  
dinem, sudibus, trabibusque ex altera parte muni-  
tur. Quod ubi Bononienses intellexerunt, impedi-  
turi munitionem, liberum in campum exire: nec  
tam ut facultatem præberent pugnandi, quàm ut  
intra munitionem, si transire hostes cœpissent, ma-  
gno impetu irrumperent, fossamq; transilientes ca-  
derent ultimos, atque diriperent. Interea Bra-  
chius, cuius diligentia placebat Duci, impedimen-  
ta, & leuiter armatos milites per omnes simul pon-  
tes ante

tes anteire iubet, statim deinde Albericum cum ca-  
 teris cohortibus subsequi. ipse cum delectissimis  
 equitibus ad fossam, quo iam hostes peruenerant,  
 conuersus, ad illorum conatus atque impetum resi-  
 stebat: & ne uallum transire possent, impediēbat.  
 Sic ubi omnes copiae ad alteram fluminis ripam eua-  
 serunt, ipse paucis acceptis uulneribus, priusquam  
 hostes fossam superarent, proximo ponte celeriter  
 se recepit ad suos. Hæ res adeo gratae duci fuere, ut  
 unius Brachij consilio atque opera, & uictum Ber-  
 ardonem, & flumen traiectum esse fateretur: sta-  
 timque ubi ad Fornaces est uentum, stipendium au-  
 xit, equos largitus est: & qui ante id tempus duos  
 decim præerat equitibus, septuaginta præfecit. hoc  
 primum uirtuti præmium datum. Paucis post die-  
 bus, Albericus castris inter Mutinam & Castellum  
 francum locatis, Brachium ad se uenire iussit, ma-  
 gnifice pro concione laudauit, & centum quin-  
 quaginta equitum aucto stipendio, hortatus est ca-  
 teros, ut non inuiderent hominis fortunæ, sed eius po-  
 tius similes esse conarentur: satis multa præmia ha-  
 bituros, si illius cum fidem, tum uirtutem imitaren-  
 tur: solum esse cuius opera & profligasset hostium  
 copias, & pontem incolumi exercitu traiecisset: quò  
 nisi fuisset, aut ferro, aut fame omnib. fuisse pereun-  
 dum. tum non solum struxisse tot pontes, & fossam  
 uallumque duxisse, sed cum paucis hostium gladijs se  
 se obiecisse, totum exercitum eius constare beneficio:



50 IOAN. ANTON. CAMPANI DE  
a quo dum alienæ salutis consuleret, suam esse neglectam: proinde uelle ostendere, apud se et ignauiam  
& uirtutem internosci, alteram ornaturum se præ  
mijis, contempturum alteram, & ne nomine quidem  
appellaturum. Hæc quum dixisset Arcerium, Galde  
rinum, Arnaldum, atque alios qui cum Brachio ab  
uallum subsidio remanserant, sub eodẽ militare ius  
sos, equestri ordine, & militari dignitate donauit  
qui postea suum secuti Imperatorẽ, in clarissimos ui  
ros euasere. Brachio autẽ exercitus imperiũ, militat  
rum signorum custodiam, & præterea, sua domestica  
insignia, maiorum que ornamenta concessit  
quibus eus posteris, in hunc usque diem usi sunt.  
Dum hæc geruntur, Veneti, quorum opes latè ma  
ri terra que patebant, uel quod de finibus contende  
rent, uel quod latius propagarent imperij terminos  
Patauinis bellum inferre cœperunt. Albericus pro  
pter affinitatem, quæ erat sibi cum Patauinorum  
Tyranno, nouo audito bello, legiones in expeditione  
nam eductas, auxilio misit: tres uiri iussi legioni  
bus exercitui que præesse, Brachius primus, alter  
Laurentius Cotignolanus, tertius Ruffus Aquilanus: omnes manu & consilio prompti. Patauinum  
profectus, quod usu uenire solet, EX GLORIA  
& uirtute, liuor atque inuidia conflata est. Nam  
Brachium multa facinora rei bellicæ fortiter cauteq;  
gerentem, fauor militum ingens est subsequutus. Il  
lum omnes comitari, eundem in acie ducem habere  
cupiebant

cupiebant: quos ille duxisset in praelium, non posse uinci, arbitrabantur. Nam & locum ad praeliandum æquum iniquumquæ dignoscere, aciem quam apertissimè ordinare, & boni quum militis, tum imperatoris munus obire, omniaquæ & fortiter audere, & consultè facere, cognoscebant. Reliqui duces, tametsi grauiter ferebant, primùm tamen iracundiam tenuere: mox ubi paulatim intumescens inuidia, se amplius cohibere non potuit, discordias serere, & seditionis causas captare cœperunt. Postremo imperium, quod erat commune tribus, mentrino iure, suo quisque sibi mense arripuerunt. Tertio iam adueniente mense, quo Brachio debebatur exercitus, consilio inter se inuito, tradere uexilla recusabant: rati, duobus, unum uiribus & auctoritate imparem, resistere nullo modo posse. Milites ubi rem cognouerunt, concitati ad arma, impetum in signa faciunt. signiferis crepta, ingentium clamore ad Brachium deferunt: illum Ducem, illum imperatorem suum, magno plausu fauorequæ appellantes, uirtutem in cœlum tollunt, eius auspicijs atque ductu se inuictos esse, reliquos non honesta gloria, sed turpi ambitione contendere: hac de re, que tectior erat inuidia, in apertum odium situlitateinque conuersa. Literæ ad Albericum date, quæ graue ambitionis crimen, inuasum à Brachio imperium, deferebant. Denique ubi confecto bello ad Albericum rediere, ut quisque aut oratione

oratione subdola, aut apertis conuicijs ualebat, in-  
 fensum illi suspectumq; facere conabantur: qui, ut  
 sunt aures hominum numis in re sua credula, facile  
 persuasus est, aduersante nemine. quocirca illis ip-  
 sis, quorum impulsu hæc faciebat ad se uocatis, con-  
 silium de interficiendo Brachio iniuit. Vxor erat Al-  
 berico honesta inprimis, & mansueti ingenij mul-  
 tier: hæc Ruffi & Laurentij orationibus sæpe apud  
 uirum interfuerat, criminaq; totiens ad maritum de-  
 lata perceperat: quæ cum non inscia consilij, uirum  
 magna incensum ira non potuisset mitigare, Bra-  
 chio per fidelem nuncium significat, ut quàm pri-  
 mum Alberici finibus decedere festinaret, coepisse  
 illum consilium eius interficiendi. docet deinde, quo-  
 modo, & à quibus persuasus, id agere statuisset.  
 Scire se, eius uirtutem marito sæpe opitulatam, fi-  
 dem uerò plurimis argumentis perspectam esse, id  
 eo suam etiam gratiam interposuisse, ut eum uiro re-  
 conciliaret: illum falsa oratione adductum, ira præ-  
 cipitem agi. proinde fugeret statim, ac tempore col-  
 deret: se quidem pati non potuisse, ut & uir ingrat-  
 tus, & parricide uoti compotes efficerentur, inno-  
 centissimi & fortissimi uiri morte. Hoc nuncio ac-  
 cepto Brachus, qui procul inde duum milium in-  
 teruallo stationes habebat, de tertia uigilia, ad hor-  
 stium castra per fugit: magna pars suorum militum  
 nudis equis, sine sella, sine freno uecti. tanta erat fu-  
 giendi festinatio. Albericus non prius de fuga cer-

tior factus, quam exercitus omnis sublatum pau-  
 corum inuidia, clamaret: iam homines ignauos,  
 quibus nihil nisi uerba magnifica forent, affecutos  
 esse, quod sepe antea tentassent: quem ipsi offende-  
 re nequiuissent, duci perdendum curasse: habere  
 tamen gratias deo immortal, quod sceleratorum  
 manibus, incolumem eripuisent, iam statim audi-  
 tuos, qua gratia hostes essent recepturi: quæ da-  
 turi uirtutis premia: mox sensurum Albericum,  
 quantam accessionem hostibus fecisset. Dum hæc  
 totis legionibus efferuntur, Albericus sera poeni-  
 tentia ductus, scripsisse ad eum fertur: habere gra-  
 tias Deo, qui ne furori locus esse posset, de fuga  
 eum admonere uoluisset: scire se, nihil Brachium,  
 nisi nobilitate sua dignum molitum esse. Memo-  
 rare deinde cepisse fortia gesta, & fidem lauda-  
 re, quam cum sepe aliis, tum proximo bello per-  
 spexisset: nec negare de eius morte cogitasse, affir-  
 mare tamen, non sponte motum sua, sed alieno im-  
 pulsu concitatum: satis illi magnas poenas, & poe-  
 nitentiam suam, & calumniatorum contemp-  
 tum esse daturum: orare per pristinam amicitia-  
 am ad se rediret, id non solum tute facere posset,  
 sed mauius etiam stipendium accepturum, modo  
 iniurias ipse obliuisceretur: sepe ex huiusmodi  
 suspicionibus arctiores conflatas amicitias. Hæc  
 ab illo scripta referuntur. Ad quæ Brachius, in  
 hæc uerba respondit: extant enim exemplaria  
 d                      literarum

Epistola Bra  
chij.

literarum eius sub signata manu : quanquam uul-  
gari & quotidiano sermone perscripta : EGO  
quidem Alberice , quam diu tuum secutus sum  
imperium , nulla in re offendi dignitatem tuam.  
Quod ipse interficiendi mei consiliun coeperis, facile  
putarem ignoscendum, nisi scire debuisses, imperato-  
rem nemini utranque aurem pandere oportere , sed  
alteram conuittatori accommodare, defensori serua-  
re alteram: ipsum deinde medium, tanquam arbitrum  
inter duas aures sententiam ferre. Qui autem tibi de  
mea, ut ego censeo uirtute, ut ipsi uolunt ambitione,  
detulerunt, fecerunt callide: quod enim ipsi prestare  
non poterant, id in altero accusauerunt. Nam si ut  
acie fortiter dimicare, pericula pro laude adire, exet-  
citū aut uictorem, aut incolumē in castra reducere,  
gloriam quaerere imperatori suo, ambitio dicēda est.  
fatebor equidem, ambitiosum me fuisse. fatebor, si  
hoc est eripere imperium, me tibi imperium eripe-  
re uoluisse: sin, quae in rem tuam conducerent, om-  
nia diligenter executus, mortem tamen timere à te  
potui, non est mihi consilium, iterum uel fidem tu-  
am, uel meam fortunam tentare. Magna illa & am-  
pla tua in me beneficia, etiam si noua perfidia uiolat-  
ta non essent, ingratum certe me non habuerunt.  
Sape periculo capitis mei, gratum me cognouisti,  
tametsi prouide gessimus omnia: quae si equum iudic-  
cem nacta forent, non tu curator meae mortis, sed ul-  
tor esse debuisses. Nunc uero quando ita res tulit,  
habe

habe tibi, atq; amplectere, qui magis amicos tuos  
 lingua pelleret, quam hostes manu fugare didi-  
 cerunt. his literis acceptis Albericus, quo sibi  
 eum, aut omnino reconciliandum, aut saltem lemen-  
 dum tentaret, Pontificis legato, qui Bononiam præsi-  
 dio tenebat, Brachium per literas quam amplissime  
 commendauit. Legatus cui multa eius uiri iam pridem  
 erant audita facinora, trecētis equitibus præesse uis-  
 sit, quæ res partim eius uirtuti, partim Alberici com-  
 mendationi tributa est. Paucis post mensibus finito  
 stipendio, ad Mediolanensium Ducem profectus, illo  
 quieto, nec bellum cum quoquam gerente, ad Bono-  
 nienses reuersus, eadem qua prius cognitione rece-  
 ptus est. quum autem in itinere, agristes, quod ad pa-  
 bulatiōes frumentationesq; extra callem milites exi-  
 rent, impetum in eum fecissent, in fugam conuersos,  
 intra oppidum Ossam compulit: statimq; ex omni  
 parte aggressus, sine machinis, sine sagittarijs expu-  
 gnauit: cetera in prædam militibus data, ipse quattu-  
 or milibus nummum acceptis, captiuos liberos dimi-  
 sit. Aliquot post deinde mēsis Bononiensium finito  
 stipendio, animo ad patriam intento, in Hetruriā cū  
 suo equitatu uenire contēdit: multi eū sine stipendio  
 secuti, partim diuturna consuetudine, partim futuri  
 belli spe moti: existimabāt enim, uirū strenuū, cupidū  
 gerendū rerum, ullo pacto quieturū. itaq; magna  
 ad eū militū frequentia conflante, quamprimū Bur-  
 gū peruenit, oclingenti equites, lustrato exercitu in-

conditio.

castris reperti sunt. iam in ipso itinere, Imolæ tyrannum, quattuor millia nummum dare sibi coegerat bellum minatus nisi dedisset. Inter hæc Innocentius Pontifex moritur, sufficiturq; Gregorius. qua tēpestate tres simul Pontifices creati memorantur, Gregorius, Benedictus, Alexander. Quæ seditio aliquot mensibus agitata, diuina atq; humana cuncta permiscuit. Perusini, quorum res penes plebeios alterius factionis erat, quū Brachij subitū aduentum intellexissent (iam enim tātus euaserat, ut inimicis terrori esse possent) solliciti de imperio, statim, ne quid ille de improviso moliretur, exercitū undiq; coegere, Paulo Vrsino omnibus copijs præfecto, solitū in mensē stipendium datum: missus deinde magnus peditatus atque equitatus ad oppidum Fractam, in extremis eorum finibus situm: admoniti, ut quid illi consilij caperet explorarent, & si copias transire in Perusinum agrum uellet, transitum per angustias facere prohiberent. Dum hæc geruntur, Ludouicus Firmanus, quem superioris Pontificis nepotem ostendi, reliquo Piceno agro armis subactō, Rocham contra Fractam, quæ ab eius defecerat imperio, magno apparatu omnium rerum oppugnabat. Equitum erant circiter duomilia: par peditum: numerus posita castra non procul ab oppido, quod in monte editissimo situm, nisi diuturna obsidione capi non poterat, montis radices occupauerant. Oppidani alterum obsepsi mensē, cum re frumentaria deficiente, fame grauissima premerentur

premerentur, durissima quæque experiri, quam de-  
 ditionem facere malebant. consilio igitur inter se ini-  
 to, legatos ad Brachium mittendos decreuere: qui  
 ostendentes, quanto in periculo uersarentur, au-  
 xilium per omnem conditionem implorarent, or-  
 rarentq; , ut obsessos beneficio suo liberaret, in po-  
 testatemq; reciperet: dicerentq; , non se ad liberta-  
 tem respicere, sed dominum mutare statuisse. Brachi-  
 us data dextra, legatos bono animo esse iussit, seq; ut  
 biduo, aut ad summum triduo expectarent, admo-  
 nuit: aut omnino liberaturum ipsos obsidione, aut  
 presidium atque annonam impositurum. post tridic-  
 eius diei, incertis omnibus quo profisceretur, Pice-  
 nos uersus castra mouit: uix decem milia passuum  
 progresso, literæ oppidanorum nomine redduntur:  
 quibus significabatur, obsidione liberatos, pacem se-  
 cisse, non amplius auxilio opus esse: discessisse Lu-  
 douicum cum omnibus copijs, atque in ultimos Pi-  
 ceni agri fines exercitum esse dimissum. Brachius  
 cognita fraude, celerius succurrendum iudicauit,  
 continuoq; , diurno, ac nocturno itinere properanti,  
 aliæ redduntur literæ, quibus idem quod prioribus  
 continebatur, nec ijs quidem demoratus, quominus,  
 quam citissime posset, in Picenos perueniret. quum  
 iam sex milia passuum oppido appropinquaſset, mi-  
 sit qui obliquo tramite, procul hostium castris ingre-  
 diens, auxilium uenisse nuntiaret. uenienti portæ ape-  
 riuntur, atq; una uoce, uno consensu omnium, domi-  
 nus est



nus est appellatus. hæc prima tacta fundamenta futu-  
 tura magnitudinis, primū tam magni imperij domi-  
 ciliū. Hoste statim abeunte, Brachius porta egressus,  
 Calzarolū, quod ab hostibus tenebatur, oppugnare  
 adortus, primo impetu irrupit: hic triginta equites,  
 qui præsidio erant relictū, capiuntur: oppidanorum  
 opes direpte sunt, corpora illæsa liberaq; permansi-  
 sere. Altero deinde die, Castitionum, quod erat finiti-  
 mum castellum, eodem impetu capit. Ranerius Perusi-  
 nus, cum quinquaginta equitibus præsidio collo-  
 catus, à Brachio dimissus, à Ludouico, pro re male  
 gesta, in uincula conijcitur. Cōtinuo proximum cas-  
 tellum, Montemaltum uocant incolæ, situ egregie  
 munitum, expugnauit. huic Rodulfus Perusinus,  
 cum triginta milibus præsidebat: capti ad unum,  
 quibus redimendi facultas esset, in uincula coniec-  
 ti sunt: cæteri sine armis, sine equis dimissi. quattuor  
 continuis diebus, quadruplici uictoria potitus, hoc  
 modo paulatim fundatum imperium proferebat. Int-  
 terea Ludouicus subita suorum defectione atque ex-  
 pugnatione permotus, proxima castella munire, præ-  
 sidium disponere, turres murosq; reficere, fossa ual-  
 loque mœnia præcingere, iter uarijs locis interrump-  
 pere, ramis truncisq; impedire, denique cuncta  
 quæ ad reprimendum hostilem impetum con-  
 ducerent parare, festinat: sed ubi omnia uisuperant  
 uidet, ueritus ne subito hostis aduentu, inire præ-  
 lū cogereur, in extremos Picenos refugiendū con-

stituit, sibi diffusus ipsi, si forte manus conferere, aut  
 in apertum certamen uniuersis copijs uenire con/  
 tenderet. igitur praefectis militum ad se uocatis, quid  
 sibi faciendum uideretur, aperuit, adiecitque munu/  
 ta esse uicina oppida, oclusos hosti aditus, angu/  
 stias proximorum montium occupatas: quo diutius  
 illic cum reliquo exercitu moraretur, hoc plus rei  
 frumentariae consumpturos: satius esse, frumenti  
 quod superesset relinqui oppidanis, quam milites  
 nequicquam absumere: Brachij impetum perbre/  
 uem fore, frumentum illi & comaeus breui de/  
 fecturos: suis uero, si in fide manerent, se aliunde sub/  
 ministraturum, omniaque belli adiumenta suppedita/  
 turum. Plena desperationis uidebatur oratio. Ange/  
 lus Pergulensis, Perius Nauarinus, reliquique praefe/  
 cti militares, uno consensu debortari, consilio abeun/  
 di damnato, coeperunt: si hostibus cederet, non op/  
 pida solum, sed etiam illa ipsa praesidia quae imposu/  
 issent, in eorum uentura potestatem. quae proxima  
 castella non defectura, si fugientem aspexissent illu/  
 in quo retentura spem auxilij, si ab eodem deseran/  
 tur. Plurimum interesse, fugere quisquam, an timere  
 uideatur: illud temere desperantis esse, hoc consulte  
 prouidentis. quanquam ne timore quidem praesferendu/  
 esse, bella gerenti. probum imperatorem aut spe, aut  
 spei simulatione plenu esse oportere. eius fronte atque  
 oculos intueri ceteros, eo aino exercitu esse, quae pra/  
 stari ab imperatore suo uideat, si timidu, si hesitantem,  
 d 4 si denique

si deniq; rebus diffidentem suis aspexerint, ne boum  
 paria detinere fugientes: sin ducem alacrem & ma-  
 gna spe plenum, circumeuntem & hortatam suos  
 uiderint, ne in magno quidem periculo pertimescet  
 re: saepe dubijs in rebus spem profuisse, metum ne in  
 secundis quidem iuuare. Brachium hominem esse  
 nouum, non suis opibus, non alieno stipendio, sed  
 sola uirtute nitentem. pecunias perpaucas, quas  
 & rapinis coegisset, iam omnes consumptas, con-  
 ductos milites, ubi stipendio fraudentur, turmatim  
 transfugituros: proinde resisteret statim intermori-  
 turae procellae. nam si hunc fugeret, quid iudicaturus  
 finitimos populos? quos porro in amicitia? quos  
 in societate mansuros? Quod si nec se fortuna com-  
 mittere, belliq; discrimen adire statuisset, commodius  
 tamen uideri, hostes a rabinis, excursionibusq; pro-  
 hibere, obsistere, a fronte semper infesto agmine,  
 nec tamen pugnandi praebere facultatem: non illos  
 palantes populaturos agrum, non segetem subcisu-  
 ros, non in oppidanorum oculis aedificia & uillas in-  
 censuros, sin praelio certare mallet, se copijs superi-  
 orem fore, praestare numero exercitum suum: tum su-  
 is in agris, suis in domibus, ante suorum oculos pul-  
 gnaturum. magnum id esse uirtutis incitamentum,  
 nec minus terroris incutere hostibus, quam animi  
 suis addere. multa in eam sententiam profecti ad-  
 iecere: sed timiditatem animi, uix unquam uerborum  
 attollit oratio. Ludouicus multis ultrò citroq; dictis,

Angelo

Angelo Pergulensi oppidis praesidijsq; praeposito, in ultima Picentium loca fugienti simulis proficiscitur: remansere in exercitu equites nulle et quingenti, pedites fere totidem: sed Angelo ut minus auctoritatis, ita plus industriae atque animi erat. itaque aut ui propellere hostem decreuerat, aut belli dilatione fatigare. Per hos dies Brachius, cui iam non exercitus solum, sed etiam oppidi cura habenda erat, forte ad subterfluentem riuum descenderat: causa descendendi fuere oppidanorum preces, quibus diuturna obsidione uexatis, frumentarias etiam molas hostes eripuerant, casamq; diruerant. illi reficere cupientes, quod hostium exercitus propere esset, descendere sine magno praesidio non audebant. secuti erant Brachium centum equites, ex omnibus quos haberet delectissimi, non tam studio pugnandi, quam ne hostes furtim excurrentes in se inciderent: quippe incognitam hostibus eam profectioem arbitrabatur. Angelo, ut sunt praua hominum ingenia, pertransugas nunciatum est, Brachium prima statim aurora, cum paucis ad riuum profecturum. sic ubi primum illuxit dies, cum septingentis equitibus, ad eum locum contendit. prior tamen Brachius ad riuum peruenerat. qui conspecta appropinquantium hostium acie, magno in se clamore atq; impetu uenientium, equum conscendit, conuersusq; ad suos: In magno (inquit) periculo aut fugiendum est nobis, aut fortiter resistendum: indecorum illud & ignauimitis

litis opus, hoc uero, magni est animi & præclaræ  
 cupientis. Possumus nos quidem tutè fugere, sed  
 quid aliud optare hostem putatis, quàm fugientium  
 terga despicere? non inscius ad hoc discrimen uel  
 ni, sciebam hostes impetum in nos esse facturos, et  
 amq; ob rem ex omni uos exercitu delegi, ut hic di  
 es & uirtutem nostram, & hostiũ ignauia testaret  
 tur. Scio enim non opus esse hortationibus, nec stre  
 nui militis est, plus de aliena multitudine, quàm de  
 sua uirtute cogitare. Totius uos exercitus nostri ro  
 bur obtinetis, si reliquis copijs decertarem, milites,  
 iam dudum de fuga statuissem. gladios uestros non  
 magis ipse hoc bello uidi, quàm hostes sensere: soli  
 uos in acie dimicastis, soli in castella impetum, irru  
 ptionemq; fecistis. Reliqui milites nisi quod ornata  
 mento sunt, impedimento nobis, non auxilio fuerunt.  
 Plura dicerem, nisi hostis appropinquaret: state ani  
 mo præsentis, & uenientium impetum sustinete, ma  
 gnam hodie reportaturi gloriam. Hæc quum dixisset,  
 milie in ordinem atque agmen disposito, colle  
 proximum paululum editum occupauit. Putabat enim,  
 uniuersum hostium adesse exercitum: nam & præ  
 ingens uenientium strepitus exaudiebatur, & pul  
 uis late surgens, quo minus omnes eorum cerneret  
 copias impediebat. suos deinde iussos expectare ho  
 stem, in collis radicibus collocauit. Collis autem nõ  
 præruptus atque asper, sed molli accliuq; iugo sur  
 gebat, ut si multis pauci resistere non possent, in sua  
 præmia

premium recipere iugum sese equites, potuissent. hæc  
 agnem magno cum impetu hostes adoriuntur. Ar  
 mati milites, superiore pugnantem loco, uentium  
 agmen exceperunt, fortissimiq; resisterunt. Hostes  
 nunc paululum regressi, nunc recentem submitten  
 tes turmam, quasi murum aricie percuterent, assi  
 duos in Brachium impetus faciebant. ille suos ut or  
 dinem seruarent, nec locum nisi dato signo desere  
 rent admonebat. ipse nunc eminus hasta, nunc co  
 minus gladio, uentium aduersa ora feriebat: mox  
 lassatos hostium ordines conspicatus, signum ma  
 nu dat, ut apertos inordinatosq; adorianiur. illi im  
 perata facientes, in aduersam efferuntur aciem. mox  
 multa edita cæde, ne circumuenti à multitudine re  
 ceptu prohiberentur, colligunt sese, multisq; acce  
 ptis illatisq; uulneribus, ad tumulum reuertuntur:  
 hostes instaurant prælium, & recentes fessis, uulne  
 ratis integri succedunt. Brachius ne lassitudine mi  
 lites afficerentur, omnes quidem in acie esse, sed à fa  
 tigatis tutiore loco circumari iubet, obseruataq; oc  
 casione erumpendi, hostes primos in fugam conuer  
 tit, reliqui ad subueniendum excitantur. hoc modo  
 quattuor continuis horis pugnatum est, demum ho  
 stes multis cohortibus unum in agmen acceptis, dele  
 tam peditum manum, in duo cornua partiuntur, his  
 præcipiunt ut dum equestre agmen ad radices totis  
 decertarent uiribus, ipsi dextra leuaq; in interiora  
 colliculi iuga penetraret. Hac re cognita Brachius,  
 qui:

quindecim equitibus descendendum ab equis, & ne  
 pedestris acies pugnantes à tergo superne adoriret  
 tur, ordinemq; perturbaret, iugum maturè occupan  
 dum demonstrat. pedites quorum pauci ad medium  
 iam euaserant collem, ab equitibus multis cum uul  
 neribus repelluntur. interea conferti hostium cuncti  
 ad radices uno totius agminis impetu dimicabant.  
 Brachius primum in multam descenderat planiciè,  
 mox paulatim cedendo pro tumuli radicibus decer  
 tabat. Hostes uictoriam conceperant animis, et spre  
 ta paucitate acerrime præliabantur. Brachiani qui  
 quanto numero uincebantur, tanto animis & uir  
 tute uincebant, ordinum lassationem expectabant,  
 intentiq; ad ducis nutum, uno momento & recipie  
 bant sese, & ubi aperta hostium latera uiderent, ad  
 uersam in aciem erumpebant. hoc modo resistendo,  
 inuadendo, ad noctem usque traxère prælium: nox  
 pugnam diremit. Nec desunt, qui affirmant, hoc præ  
 lium, si numerus utrinque spectetur, omnia quæcum  
 que in Italia gesta sunt periculo & magnitudine su  
 perasse. cæsi ex hostibus duodecim equi, confossi sel  
 re omnes Brachiani, omnes uulnerati, inter quos  
 Spinta quidam, qui sub Brachio iam inde à puero  
 militauerat, una cum equo, centum & quinque con  
 fossi uulneribus, Gulielmus Mecha, duobus & sel  
 ptuaginta. res omni potestate memorabilis. Hac pul  
 gna perterriti hostes, nihil minus quàm æquo loco,  
 istaq; dimicare acie cupiebant. quo prælio, omnium  
 finitimo/

finitimorum animi ut alienati ab hostibus, sic Bra-  
 chio conciliati sunt, fortunam belli, magis quam fu-  
 dem secuti. Proxima castella non modo non expe-  
 ctabant obsidionem, sed ultrò missis legatis, præsi-  
 dijsq; hostium direptis portas aperiebant. Intra pau-  
 cos dies capti ex præsijs equites trecenti, qui ar-  
 mis equisq; spoliati, atque una ueste dimissi, cæteris  
 incussere terrorem. Angelum quoque tanti modo  
 exercitus Ducem milites deseruere, atque ad Bra-  
 chium assidua bella molientem se contulcrunt. Ille  
 cum paucis Firmum concessit. Per id tempus Tuder-  
 tini orta seditione, qui ciuitate eiekti sunt, cum Bra-  
 chio societatem iniere. Rebus prospere gestis, Bra-  
 chius cui nihil ocio & quiete molestius erat, cum  
 omnibus copijs in maritimam agri Piceni oram im-  
 petum facit. Anconitanis pecora erepta, frumenta  
 deportata, agri uillaq; uastata sunt, agrestes multi  
 capti, denique ingens rerum omnium coacta præ-  
 da. ergo suo magno incommodo prudentes facti, Le-  
 gatos qui & captiuos redimerent, & quanto com-  
 modius fieri posset de pace tractarent, ad Brachium  
 miserunt. Legatis perbenigne acceptis, data pace,  
 captiuos, quod legati ipsi statuissent, precio restituit.  
 qui magnas agentes gratias, septem milia nummum  
 pro captiuis & reliqua præda promiserunt. Stetit  
 inde cum Anconitanis amicitia. Paucis post die-  
 bus edueto in expeditionem exercitu, Montem Con-  
 scium munitum situ oppidum ui cepit. Inter hæc

Ludouicus



Ludouicus omnes Italiae duces sollicitare, spe, promissis, pecunia allicere, copias undiq; comparare, et omni conatu hostem, quem uenientem arceri non poterat, iam prementem submouere conabatur. Ascitis deinde sibi Martino Faentino, & Carrariae comitis equitibusq; ad tria milia comparatis, aduersus Brachium qui ad Montemconscium, paucis ante diebus captum statiuam habebat, cum omni exercitu proficiscitur. Eorum aduentu cognito Brachius, ne detrectare pugnam crederetur, passuum duo milia processerat. ibi parua in planicie structis utrinq; ordinibus quod erat reliquum dici pugna consumptum est. pugnatum est aliquot continuis horis: hostium equi atrium multi, capti etiam nonnulli: belli finis repulsi duces fuere: qui magna ui reiecti, in proxima se castris receperunt: Brachius haud dubie uictorem exercitum in castra reduxit. Fama inuicti ducis iam undiq; per finitimos uagabatur. Sed cum caeteri pacem postularent, soli Fanenses non misere legatos: uel quod maritimam incolentes oram, multo interuallo ab inimicis distare se crederent: uel quod Ludouici praesidio tenerentur. At Brachius, qui omnem eam regionem aut ui subegerat, aut societate coniunxerat, cum parte copiarum, expeditisq; milibus, Fanum contendit: finesq; depopulatus, aliquot non satis munitis castris expugnatis, petentibus pacem dedit. Hac fama belli ingens ad eum militum multitudo praedae cupiditate confluebat. Ludouicus cum uideret nunquam

sine suo detrimento, & suorum pernicie contendis-  
 se: oppida præterea alia ui expugnata, alia sua spon-  
 te secuta uictorem: & quæ in fide mansissent (quæ  
 pauca erant) uectigalia tardius pendere: pleraq; et-  
 iam omnino recusare, milites (quod liberior prædan-  
 di esset occasio) quotidie ad hostes transire, animos  
 popularium, aut repentinis rebus perterritos, aut  
 more suo cupidos nouarum rerum odio & satietate  
 esse mutatos, consulendum rebus suis, nec omnium  
 defectionem expectandam decreuit. Mittuntur igitur  
 legati, qui cum Brachio pacem atq; amicitiam fa-  
 cerent: initaq; societate, foedus æquo iure percuter-  
 rent, dicerentque placere Ludouico, ad colloquium  
 uenire, uelle se cum Brachio multis de rebus agere,  
 ipse diem locumq; constitueret: se eius fidei salutem  
 suam crediurum. Legati, pace impetrata, de collo-  
 quio retulerunt. Placuit ea res Brachio: sequens dictus  
 est dies, quo die in agrum Cingulanum Dux uterq;  
 conueniret. Ludouicus cum quindecim equitibus,  
 sine telis, sine armis, ultra eum locum processerat,  
 Brachius etiam cum paucis inernibus obuiam pro-  
 fectus est: complexi mutuo sese, multa in eam sen-  
 tentiam dixerunt: Non de sanguine & uita inter se,  
 uerum de gloria atque imperio esse certatum: con-  
 suluisse tandem utrique fortunam, quæ omni sub-  
 lata contentione, inceptum bellum uicti ac uictor-  
 is amicitia composuisset. sperare sempiternam eam  
 fore beneuolentiam, modo alter acceptas bello in-

48 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
iurias obliuisceretur, alter illatas obliuioni traditas  
non dubitaret. Profectò, NIHIL mortalium animis,  
cum furore stulticiaq; armantur, pertinacius  
inde cædes, inde, quæ sedari sæpe nullo modo possunt  
sunt odia & simultates, oriuntur. contra quum hu-  
manitatem & rationem induerunt, nihil mollius flexi-  
biliusq; reperies. Paucis uerbis, uno nutu, uno offi-  
cio, ardentissima quæque odia restinguuntur. Duo  
duces paulò ante infensissimi, non prius ex eo loco  
discessere, quàm ex inimicis atq; hostibus socij atq;  
amici facti, omnia inter se pollicerentur: sæpe inde  
alter aliter usi opera. Quibus diebus hæc facta  
sunt, ex castris Ludouici quingenti equites transfu-  
gerunt, atque Asculum concesserunt. opinto est sol-  
licitatos ab Asculanis, qui paulo post rebellionem fi-  
cerunt, & pecunia esse corruptos. Ludouicus Ascu-  
li defectione audita, ingenti dolore affectus, quod  
urbs erat situ munitissima, et à suis etiam militibus,  
qui transfugerant defendebatur: odio atq; ira incen-  
sus, ut alteros fugæ, alteros rebellionis crimine puni-  
re posset, consilium capiebat. placuit tandem mitti  
ro, an uerbis facta responderent. Brachius statim  
& amici & socij ulcisceretur iniurias, simulq; ut  
is militibus prædandi occasionem non denegaret.  
exercitum in expeditionem eduxit, iunctis copijs,  
Rogerium ac Fabricium sue factionis uiros, qui &  
ipsi Perusia exulabant, exercitumq; mille & quin-  
gentorum

gentorum equitum comparauerant, uocandos per literas adiungendosq; constituit. illi acceptis literis, cū omnibus copijs ad Brachiū conuenerūt. Paratis quæ ad expugnationem erant paranda, Asculū quæ parte adiri, expugnariq; posset, tanto impetu sui milites irruerunt, ut qui in mœnibus erant collocati, omnibus deiecti propugnaculis, Brachianorum impetum sustinere non possent: trās fugis omnibus equis armaq; erepta sunt, fugæ autores trucidati, urbem diuturna pace opulentam milites diripere, autores rebellionis capitali supplicio damnati, alij in cruce sublatis sunt, alij securi percussi. Ludouicus Asculum recepto, Brachianis quidem militibus dona distribuit, Brachio autem ingentes egit gratias, expertus & hostem perniciosum, & socium fidelem sibi utilemq; fuisse. Dum hæc ad Asculum geruntur, Carolus Malatesta, qui Ariminensibus imperabat, bellum contra Camertes suscepit: causa suscipiendi nō satis certa, nisi quod auaritia imperij, quo plura habet, hoc maiora concupiscit, nec ulla re tam facile potest, quàm aliena calamitate satiari. Camerini Imperium duo fratres obtinebant, ij suis diffidentes uiribus, auxilium à Brachio atque opem per legatos implorauerunt. Iam hostes castellum Ramunni, quod erat in Camerti agro, expugnaverant, proximumq; agrum strage atq; præda late populati, quæ sportare non poterant, incendendo uillas, ædificia diruendo, cuncta uastabant. Brachius omni cuncta

30 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
tione abiecta, cum omnibus copijs in Camertium fu-  
nes peruenit. eius aduentu perterriti hostes, primum  
præda rapinisq; abstinerunt. mox illuc adducto ex-  
ercitu, nec pugnam facere, nec obsidionem expecta-  
re sunt ausi. Itaq; fuga præcipites acti, castellum,  
quod ui ceperant, metu reliquerunt. tuti celeritate ho-  
stes fuere: uix enim quinque passuum milia Brachius  
appropinquauerat, cum illi non prius consulere de  
conflictu, quàm de fuga statuerunt, ac Fabrianum fi-  
nitimum Camertibus oppidum, quàm celerrime con-  
fugerunt. Brachius ne milites longo itinere lassos ni-  
mio studio insequendi fatigaret, ingressus castellum,  
unius diei quietem concessit. Omnibus deinde cor-  
pora curare iussis, ad insequendum hostem profici-  
gandumque contendit. ipse de tertia uigilia delecto  
equitatu antecedens, subsequi reliquos iussit. Id eo  
consilio factum, ut paucitatem despicientes hostes,  
in certamen uenire, & multi cum paucis, manus  
conserere non dubitarent: quod si facerent, facile  
interuentu reliquarum copiarum opprimi posse existi-  
mabat: sin uero intra mœnia se illi continerent, totum  
se agrum ante eorum oculos uastaturus. oppidanorum  
oculis triste spectaculum. Hostes primum  
non ausi sunt ad prælium descendere: mox per ex-  
ploratores de eorum aduentu ac numero certiores  
facti, quadrato agmine ut redeuntes cum præda  
graues impeditosque inuaderent, duo milia pas-  
suum processerunt. quippe aut fugituros Brachius  
anos

anos putabant: aut si praelium inire uellent, praedam esse dimissuros: praelium aliquandiu de indurata iracundia, donec reliquae cohortes, quas subsecuti qui iussas ostenderam, aduenire potuissent. Illae praedae cupiditate adductae, diuerso itinere, per hostium agrum fusa palantesque uagabantur. Quae res ubi per suos Brachio est nuntiata, ueritus ne si ipse pugna discederet, cohortes ab hostium equitatu diriperentur: simul ipse bellum fortissime sustinet, simul mittendos curat, qui reliquas copias a praeda reuocarent: aut si egissent praedam, reducerent. Milites statim dicto audientes fuere. Hostes, ubi ingentem conspexere praedam, greges atque armenta abduci, agrestes uinctis trahi manibus, tabulas, ligones, sarras asportari, magno pudore atque ira perciti, impetum in dissipatos facere uoluerunt. Conuersos Brachius a tergo adoritur, ordines perturbat, & qui recuperare praedam uolebant, praeda & ipsi efficiuntur. Capti sunt equites ducenti, reliqui Fabrianum praecipiti fuga delati. Ibi collectae reliquae confirmatiq; ad resistendum animi, maxime omnium ad iniquitatem loci cogi hostem atq; opprimi posse arbitrabantur: & Brachiani aequae recenti praelio, & longo discursu fatigati, deficiebant. Iam ad Apennini radices peruenerat, quum non procul a tergo Fabrianensium ingentem sub armis manum conspiceretur, modico interuallo a dextra properantium. Horum consilium erat instare ad montis usq; suprema

iugâ, eaque si possent, priores occupare, hostemque ascensu prohibere. Brachium multa impediabant, nox iam imminens, loca salebrosa atque ardua, & hostibus quam sibi nouiora, maxime omnium lassitudine equorum promouebatur: non illi urgeri calcatribus, non uirgis excitari poterant: singulo quoque gradu subsistere, ac spiritu, ac spuma et sudore laborare: milites periculi magnitudine attoniti esse, plerisque munienda uallo & fossa castra censere: quæ res ut prope necessaria uidebatur, ita plus periculi, nihil barbarorum, nihil pabuli habentibus afferebat. Brachius primum anceps animi, mox omnibus ultrò citroque agitatis, ex omni præda, equas ante mittit, atque ijs equos alios intermisceri, alios herere uestigijs permittit: illæ recentes stimulis actæ, magno cursu ad montis iugum euadunt. Equi, natura (ut fit) libidine incitati, fortius subsequuntur, cursum quamuis fatigati adæquant. hac celeritate effectum, ut prior ipse occuparet cacumē, atq; equi lassitudinem quasi natura ita iubente deponerent. His rebus gestis Brachius, aduentu brumæ, militem ad hyem. indum demittit: nec multis post diebus, quum apud Rocham hibernaret, nunciatum est, trecentos Martini equites, oppidum Lepirum, quod situm est non longe à Cingulanorum finibus, occupasse. Qua re nuntiatâ, Brachius omnibus copijs ex hybernis deductis, illuc noctu agmine infesto proficiscitur, oppidumque egregie munitum aggressus, oppidanos se dedere uolentes

lentes

lentes non audiuit, captum oppidum, atque direptum  
 est: trecenti Martini equites, rebus omnibus spoliatis,  
 dimittuntur. His rebus permoti Cingulani, quod  
 nimis uicinum haberent bellicosum hostem, agri  
 uastationem causati, quinque milia numerum, si agro  
 discederet, oppidumque traderet, obtulerunt. accepta  
 conditione, stipendium ex ea pecunia militibus dat  
 tum est, exercitus iterum ad hyberna reductus. Quie  
 turus iam Brachius uidebatur, cum Cingulani Lepi  
 ro oppido in potestatem recepto, timere de fortunis  
 suis coeperunt, ueriti, ne uere adueniente, hostes me  
 liorem nacti tempestatem, aliquam belli causam oc  
 casionemque perquirerent: nunc demum, priusquam  
 periculum incumberent, prouidendum esse rati. con  
 silio inter se inuito, legatos ad Martinum Fauenti  
 num mittunt, petentes quantum praesidij opus esset,  
 ad hostium excursiones rapinasque coercendas: mal  
 le se affirmantes eius copias suis rebus alere, quam ho  
 stibus diripiendas uexandasque praebere. Fauentinus  
 probato consilio, gratias egit, quod in se fidem ha  
 buissent: mittitque sexcentos equites, ex ijs quos ha  
 beret delectissimos: his, iubet, ut Cingulanorum fi  
 nes, ab hostium populationibus tueantur, simulque  
 ne temere praelium cum hoste committant: satis  
 habere dicens, si a rapinis atque incendijs prohi  
 berent. Brachius datam sibi occasionem suscipiendi  
 belli non putauit negligendam, confirmatis suorū a  
 nimis: Nos (inquit) bella, o milites, saepe quaesiuimus,  
 c 3 at illa



at illa nunc sua sponte, quum sese offerant nobis  
 eamus, quo pavor hostium longa quiete sopitos ex-  
 citauit, SATIUS est inferre bellū quā propulsare.  
 augeamus sane terrorem, ne ocio nostro confidentes,  
 erigantur animi: Facilius enim opprimuntur  
 qui de fuga & calamitate, quā qui de uictoria, &  
 præda cogitauerint. ijs dictis per omnes stationes mi-  
 litum edici iubet, postridie in armis essent: & quæ  
 ad profectiōem multorum dierum necessaria foret,  
 compararet: paucos deinde præmisit, qui a proximis  
 oppidis peterent commeatus, negantibus bellum in-  
 dicerent, ipsi cogendo frumento, in primis hostium  
 finibus eius aduentum expectarent. quod eo consi-  
 lio faciebat, ut si diutius in Cingulanorum agro mor-  
 randum esset, magna frumenti suppetieret copia: nam  
 asperitate hyemis rara pabula reperiebantur, & ho-  
 stes omnia quæ exercitum alere possent, aut in oppi-  
 dum ex agris contulisse, aut quæ supportari nequi-  
 uerant, incendiisse ferebantur. Circiter Calendæ  
 Martias, cum omnibus copijs in Cingulanorum fi-  
 nes profectus, haud procul ab oppido duū milium  
 interuallo consedit, uix castra erant munita, quum  
 per exploratores, quibus illi militari more, etiam  
 minimis in rebus utebatur, nuntiatum est, Cingula-  
 num populum armatum occurrere: esse equidem set-  
 ptingentos, peditum duo milia. Brachius quod equi-  
 tatu præualebat, in patentem processit campum,  
 atq; ibi structa acie, hostium aduentum expectabat.  
 oppidani

oppidani magna spe destituti, quod sperauerant de  
 improviso castra munientem adoriri, pugnam eo in  
 loco committendam non putauerunt, ne siquid ad/  
 uersi accidisset, recipiendi sui in oppidum, quod  
 procul certaretur, facultas esset erepta. hac de cau/  
 sa, paulatim cedendo, ne ordines perturbarentur,  
 ad oppidi muros peruenerunt, parati expectare hos/  
 tem, si manu decernere statuisset, eum locum per/  
 opportunum fore, nec oppidanos ab equitatu hos/  
 tium circumuenire posse arbitrabantur: & si acris/  
 us premerentur, facilem in oppidum esse receptum.  
 contra Brachianos, aut nullam uictoriam, aut insi/  
 gnem calamitatem reportaturos. si uincerent, para/  
 tum esse uictis perfugium in oppidum: si uincerent/  
 tur, quo se reciperent non habituros. Brachius & si  
 cognoscebat hostium consilium, confusus tamen  
 militum uirtute, belliq; peritia, quadrato & ipse ag/  
 mine incedebat: ratus oppidanos, ubi mœnibus ap/  
 propinquassent, conuersos in se prelium inituros,  
 fieri posse, ut freti uicinitate oppidi, ab ordine disce/  
 derent, dissipatos facile opprimi posse: nec sua eum  
 consilia fefellissent, nisi qui presidio erant relictis, as/  
 sueti bello uiri, in ordine continuissent populum, &  
 quid si non parerent futurum esset periculi ostendis/  
 sent, iubentes ut extra mœnia belli exitum expe/  
 ctantes, sinerent militem cum milite, equitatum cū  
 equitatu cōtendere: tūc se oppidanorū opera usuros,  
 quū prelij ratio postularet. quod si omnino aliquid

& ipsi facere uoluissent, contenti essent procul confertum in hostem conijcere tela, & pugnantem saxo, sagittaq; propellere. Inito bello acriter utrinque pugnatum est: hostes saepe repulsi intra portas se recipiebant: mox maioribus resumptis uiribus, in Brachianos magno cum impetu eruptionem faciebant, quos cum rursus intra portas agerent, ab oppidanorum telis confodiebantur: perdurante ad noctem praelio, tribus cōtinuis nocturnis horis. factibus, lychnisq; accensis, & per oppidi moenia dispositis, tanto utriusq; studio pugnatum est: nam & oppidani uictoriam ex fatigato hoste superabant, & Brachiani bellandi studio tenebantur. Hæc duo praelia, Cingulanum, & quod apud Rocham gestum est, maxime omnium quæ gesserat, illustra & periculosissima fuisse memorantur. milites ex utraq; acie uulnerati fere omnes, equi pleriq; euiscerati, caesiq; traduntur. Pugnatum est quamdiu pugnandi facultatem hostes fecerunt. Brachius insigni & illata & accepta calamitate, uictorem exercitum, quod hostem intra moenia compulisset, pro concione laudauit. medici ex proximis urbibus acciti, qui uulneratos diligentissime curarent. in ipso reditu, Fabrianensi depopulato agro, Saxiferrati Tyrannum in societatem recepit.

## IOANNIS ANTONII

EPISCOPI APRVTINI, DE VITA

ET GESTIS ANDREAE BRACHII

Perusini, Italicae militiae Imperatoris olim

Strenuissimi, Liber

secundus.



VM hæc in Picentis geruntur, Ladislaus rex Neapolitanorum, magnis ex Italia coactis copijs, quum Hetruscis inferre bellum, Romamq; occupare statuisset, legatos ad Brachium misit, Ottinuum Neapolitanum summæ autoritatis uirum, & Matthiam Perusinum, qui nobilitatem sequutus, in exilium cum ceteris optimatibus eiectus, aliquot annos sub rege ipso militauerat. Legati magnificè ac cepti, regis mandata exposuerunt: Nunc tempus esse recuperandæ patriæ, non negligendam eam occasionem, regem modo sequeretur, haud defuturum exulibus auxilium: regem ad paucos dies in Hetruriam magnas traiecturum copias, atq; ipsum in expeditionem esse uenturum: comparasse equitum uiginti milia, quibus non modo Perusiam oppugnare posse, sed omnem Italiam breui esse subacturum. proinde sequeretur inuicti regis auspicia, nec offerenti sese fortuna deesset, exules si nunc in tanta rerum opportunitate

58 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
nitate negligerent, non semper eam occasionē habi-  
turos. Polliceri regem stipendij quantum ipse copia  
rum coegisset, non equitibus, non peditibus pecuniā  
defuturam. Haud difficile fuit persuadere cupientē,  
tamen ne quid inconsultē facere uideretur, legatis  
respondit: Se quidem tanto regi immortales habere  
gratias, uelle tamen cum militibus consultare, poste-  
ro die quā plenissimē responsurum. Omnibus igitur  
equitatus peditatusq; ductoribus ad se uenire uis-  
sis, primū regis mandata aperuit, mox etiam à mini-  
mis postulata sententia, quum adiecisset, nihil se sine  
militū consilio statuere uoluisse, ingens omnium cla-  
mor est subsequutus: Eius esse consilium capere, ut-  
rum statueret in eius arbitrio et potestate esse, quod  
ad se pertineret, nunquam deserturos imperatorem  
suū, maxima quæq; adituros pericula: duceret, mitte-  
ret, quo uideretur, se quoties opus esset, omnes pro  
eius dignitate morituros, illum ducem, illum paren-  
tem esse. Multis animi studio excussa lachrymæ, uo-  
cem ferre prohibebant. Constat enim omnium etatū  
imperatorū, neminē suis militibus fuisse chariorem:  
nam animi magnitudinem in admirationem conuer-  
sam, insita à natura linguæ suauitas adornauerat: ne-  
mo blandius appellare milites, nemo nec lenius erra-  
ta castigare, nec ardentius ad bellum excitare con-  
suevit. tum milites in summa discrimina non mitte-  
re, sed ducere, labori, uigilijs, inedia, nō magis quā ca-  
teri succumbere, prædam reliquam militibus facere, si-  
bi

bi solū imperiū querere: hinc amor exercitus, hinc  
 illa ingens militum benevolentia conflata est. Igitur  
 Calendis Aprilis, quatuordecim milibus nummūm  
 acceptis à rege, stipendioq; militibus distributo, cū  
 omnibus copijs Romā uersus contendit. Erant in  
 exercitu equites ad mille & ducentos, pedes circiter  
 mille, pauci Picentū præsidio relictī, iter erat per  
 Fulgineatem agrū, ciues eius transitum agrē ferent  
 tes, frumentum & cōmeatus exercitui præbere nol  
 uerunt: quare permotus Brachius, agri parte infer  
 sta populatione uastata, oppidum Verchianum, de  
 cem milibus passuum procul ab urbe, præcipiti at  
 que edito in colle situm expugnauit, diripiendumq;  
 militibus dedit. plenum erat oppidum frumenti, quo  
 agrestes ex omni agro, ueluti ad munitum & com  
 mune horreum comportauerant. Post hæc in Tudert  
 inorum fines castris permotis, secundum Tyberim  
 aliquot dierum statiuā habuit, quoad reliquæ copię  
 quas undiq; acciuerat, conuenirent: quum nec lega  
 ti quidem ipsi, quod regis literas expectabant, profe  
 ctionem accelerarent. Dum in Tudertino morā tra  
 heret, ne milites continenti bello assueti ocio torpe  
 scerent, Collemmedium Tudertinorum oppidum,  
 quod non longè à Perusinorū finibus aberat, durissi  
 ma oppugnatione aggressus, in regis ditionē subegit:  
 hac re permoti Perusini, quib. iā pridē eius potētia sus  
 specta erat, Ruffum Aquilanū et Ciccholinū Michi  
 lotū plebeæ factionis principē, ad proxima tuēda ca  
 stella

60 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
Stella miserunt, qui quū apud Derutam munitissimū  
situ oppidū, cum suis copijs morarentur, Collis me-  
dij oppugnatione audita, inconditum Brachij exerci-  
tium, & capiēdo oppido intentum de improviso  
adoriri, hostesq; aut cedere, aut oppugnatione  
prohibere statuerunt. itaque uix cœpta oppugnatione,  
ne, Ruffus Aquilanus, & Guido Perusinus, cum  
quadringentis equitibus à tergo sese ostenderunt.  
hos subsidiarij equites quingenti, quibus Ciccholinus  
præerat, cum magna agrestium multitudinem  
quanto interuallo cerni ab hostibus non possent  
subsequebantur. Brachius hostium aduentu per specu-  
latores cognito, Guilielmum Mecham, cum duobus  
cohoribus procedere, & prælium committere  
quam æquissimo loco iubet: eius impetum hostes susti-  
nere non potuerunt, in fugam terga uertentibus.  
Ciccholinus quem subsidio suis uenire monstrauerat,  
in festo accurrit agmine, factoque in persequen-  
tes impetu, Brachiani, multitudinis uim non sustinuerunt.  
Tum Brachius centum delectos atque hastatos  
immittit equites, iussos hostem suis imminente,  
quanto maximo possent conatu adorirentur: qui  
tanto impetu in aduersam se intulere hostium acie,  
ut plerisque equo excussis, reliqui in fugam uerterentur,  
non prius sine fugiendi facto, quam Derutam  
fusi conterriti; peruenissent. Brachius uictum ac  
dissipatum hostem persequendum militibus demon-  
strat, qui imperata facientes, uulneribus tardatos  
corru

corripuere: pedites agrè fugam molientes ad unum  
 capti, uinctiq; in castra retrahuntur. Gulielmus cum  
 duabus illis cohortibus, reliquisq; hastatis equitibus  
 persequutus hostem, ad Deruta portas peruenit. De  
 ruta in colliculo paulo editiore sita, planiciè habet  
 ad portas latè iacentem, in qua cū alia quædā aedifi-  
 cia, tū meritoria tabernæ plurimæ, uia qua Romam  
 itur, hinc atq; hinc cingunt: hic quū omnes hostium  
 copiae, quæ ex conflictu euaserāt, colligere sese, ac in-  
 staurare bellū cœpissent, auxiliantibus oppidanis, et  
 in Brachianū militē de superiore loco tela ac saxa  
 iacentibus, pugnatū est aliquādiu acerrimè: sed ho-  
 stes priore calamitate perterriti, pleriq; intra oppi-  
 dū refugere: capti equites ducēti quadraginta, inter  
 quos & Ruffus Aquilanus paulo ante exercitus du-  
 ctor, uictoria insigniorē fecit: aedificia illa quæ dixi-  
 mus direpta atq; incēsa omnia. Interea Brachius op-  
 pugnatiōē oppidi non prius dimiserat, quàm intra  
 mœnia milites, plurimis circū erectis scalis irrupis-  
 sent: igitur duplicata uictoria utrunq; militē, & qui  
 profugauerat hostes, et qui oppidū expugnauerat,  
 pro concione laudauit. Hæc in Tudertino gerenti,  
 regis literæ perferuntur, quibus significabatur captā  
 esse Romā ad adē Hadriani, et præterea phanū diuī  
 Petri obsessum habere, aditus undiq; esse præclusos,  
 menturū se cū omnibus copijs in Hetruriā, nec opus  
 esse obsidionē suo præsidio firmare: Romanos ipsos  
 urbano exercitu & arcem & templū obsessuros, se  
 nullo



nullo pacto exercitum distrahere statuisse, habere ut  
 armis equitum uiginti milia, peditatum dimidio mi-  
 norem: maturaturum ut quamprimum totum bellum  
 in Hetruriam transferretur: orare Brachiū quas cog-  
 gisset copias, ut cuiq; opus esset, equis atq; armis co-  
 munit, expectaretq; eius aduentū: interea auget  
 quoad posset exercitū, et quot posset pedites undiq;  
 & sagittarios cōpararet, ijs maximè opus esse, op-  
 pida atq; urbes oppugnaturō. His literis acceptis  
 Brachiū, quod existimabat regē non ita statim uen-  
 turū, munitis ad Mediumcollē castris, sēpe nūc Tu-  
 deratinum, nunc Perusinum excurrere agrum, finiti-  
 mis magno erat terrori. Fama erat regem nulla  
 humana ui contentum, regna atq; imperia subuer-  
 sum uenire, eieclurum eos qui regnarent, atq; exu-  
 les quorum postea fide uteretur, in suas urbes, atq;  
 in suam quenq; patriam reducturum. Perusini iam  
 pridem hac fama perterriti, ubi capta Roma, tantis  
 regis copias aduentare ad inuadendum Hetruriae  
 imperium acceperunt, consulendum rebus suis, nec  
 tantam belli molem expectandam statuerūt: ita qua-  
 publico inuito consilio legatos, qui nisi de reducenti-  
 bus exilibus nullam pacis conditionem recusarent,  
 comestus auxiliaq; promitterent: postremo, si ali-  
 ter omnino non possent, ciuitatem atq; imperium de-  
 derent, ad regem mittere decreuerunt. Legati Ro-  
 mam profecti, de pace primum agere cōeperunt:  
 sed rege in exules propensiore, multum diuq; ne-  
 quicquam

quicquam peractum est. illi pace non impetrata, so-  
 cietatem facere contendebant: quem ille imperasset,  
 eundem Perusinos uel amicum uel hostem habitus  
 ros esse affirmantes: transitum, arma, tela, frumen-  
 tum, militem praebituros: nec hanc quidem conditio-  
 nem accepit rex, ratus constantius in fide mansuros  
 exules, qui sua opera ciuitatem recuperassent. Hae-  
 re animaduersa, legati frangendum regis animum  
 imperij cupiditate tentauerunt: aditu itaq; iterum  
 ad regem postulato, noua interposita conditione, ci-  
 uitatem atq; imperium obtulere, si modo exules om-  
 nes pro hostibus haberi, & regio exercitu, ac rei-  
 gno decedere iuberentur. Rex tantam inuadendae  
 Hetruriae occasionem non putauit repudiandam, eam  
 unam esse urbem, bello quam paci commodiorem:  
 nec frumentum solum (cuius est feracissima) suppedi-  
 tare: sed uiros bello assuetos, sed arma etiam sub-  
 ministrare posse. Vtraq; enim re Perusini abundare  
 ferebantur: quippe factiones iam inueteratae, crebraeq;  
 seditiones, & popularium animos ad bellum assue-  
 fecerant, & omnis generis inuexerant arma: tum  
 saepe ex multis audierat gentem esse, sua quadam na-  
 tura bellicosam. Haec regem mouere. Sunt qui fuer-  
 rint opinati, inter ceteras condiciones, rem scele-  
 rissimam ac nephariam adiectam esse: Promississe re-  
 gem, quum primum Brachius ad se uenisset, stat-  
 tim in uincula coniecturum. Receptaq; deinde ciui-  
 tate, aut suorum manu necaturum, aut Perusinis ne-  
 candum

candum traditurum: quam perfidiā, etsi a regia dignitate alienissima censenda est, tamen quæ sequuta sunt, uerisimile effecisse iudicantur. & rex ille sanguinis quam gloriæ auuidior, multis cladem intulisse ferebatur, atq; alijs inedia, alijs ferro uitā ademisse. Post legatorū discessum, rex priusquā traiceret copias, ad Brachium scribit, ut quam maturissime fieri posset, cū omni exercitu contēderet Romā: statuisse non ante mouere castra, quam cum eo de ratione mouēdi belli cōmunicaret, exercitumq; coniuget. Cum literæ essent reddite, cōsuetudine sua, Brachius omnibus ductoribus ad se uocari iussis, regis impetrata ostendit, simulq; edicit, ut equos atq; arma imparato habeant, prima luce iter ingrediendum esse. Hæc dicenti, literæ Ottinij regij legati (quem diximus) afferuntur: is erat longè acceptissimus regi, & eam ipsam ob rem, omnium particeps consiliorū, quæ Brachius quū legatus ad se uenerat, magnificè acceptum honoratumq; remiserat, pollicitationes quoq; multe quum intercessissent, utriusq; animū summā (ut fit) beneuolentia, & singulari amore deuincerrant. Igitur Ottinius amici magis quam legati officio functus, Brachiū de regis cōsilio certiorē faciendum putauit. Literæ fuere eiusmodi: QVVM rex legatum me misisset ad te sollicitandum, nihil feci reliquū, quo minus eius tibi societate persuaderē. spero rabā uestrā amicitiam regi quidē usui, tibi uero & usui & ornamento fore, nec existimaui, ut cuius scilicet

Epistola  
Ottinij.

diis

dus atq; amicitia postulabat, ei cladem atq; exitium  
 importarem. Maiores mei, quum opibus & potentia  
 claruissent, magis tamen fide & uitae integritate cla-  
 ruerunt: habeo proposita mihi exempla maiorum, mal-  
 le cum fide oppetere mortem, quam perfidam uitam  
 agere. sic mei me parentes edocuerunt, non aliter ser-  
 uicndu esse regibus quam honeste, & cu nullius cas-  
 sumitate seruicndu: eam ob rem, cuius ego curau di-  
 gnitate, eius indignissimam morte substinere non po-  
 tui. Proinde caue ne in regis deuenias manus, uideo  
 illum magis alieni commodi, quam sui decoris habe-  
 re rationem. caue cuiqua te credas, ne ad eum profe-  
 ctus, nimis bona fide capiare. quid ille parauerit, ne-  
 queras. NIHIL tam honeste sileri, quam scelus pa-  
 test. Vale, & tui cura habe. His literis acceptis Bra-  
 chius, suspensis aliquandu et attonito similis, non mo-  
 do sermone abstinuit, sed uultum, coloremq; uariatum  
 admirati milites sunt: tabernaculum deinde ingres-  
 sus, hostio obserari iussu, lectaq; iterum epistola ani-  
 mum in diuersa consilia agitabat, non posse credere  
 tantu Regem dolo eu petere, a quo nulla in re esset  
 offensu, id ne tyranni quide esset: tu Ottiniu Lega-  
 tu, haud temere in suspitione se coniecisse. Repetere  
 deinde altius coepit: iussisse primu Regem, ut ipse cu  
 suo exercitu in Hetruria remaneret expectaretq; eius  
 aduentu: mox ubi Perusiuoru Legati ad eu uenisset,  
 statim mutasse sententia, et pace cum Perusinis facta  
 audiebat, etsi nihil certi de deditioe referebatur: qd

66 IOAN. ANTON. CAMPANI DE  
eius equitatu Regi opus esse Roma capta? Non hos-  
tes prope adesse, non illic geri bellum. ubi commo-  
dius quam in hostium finibus copias iungi posset?  
nam si consulere de bello uelit, quid euntem mili-  
tem fatigare, paulo post rediturum? si Hetruscobel-  
lo petere decreuisset, quid Romam in Hetruria bel-  
la gerentem exercitum reuocaret? cum multa ad sus-  
picionem concurrerent, inprimis tamen Ottinij li-  
teris mouebatur, hominis fama & nobilitate clari-  
Sed ne fraudem odio incenderet, ad Regem misit  
qui dicerent: aduersa teneri ualitudine, eamque ob rem  
statim literis parere non potuisse, ceterum quamprimum  
cessaret morbus, cum equitatu profecturum Ro-  
mam, & quae essent imperata, facturum omnia. eam  
re moleste tulit Rex, cum quod uerebatur detecta fraus  
de ingente Regio splendori maculam profusam, tum  
quod Perugia quam maturissime potiri cupiebat, cui  
rei maxime obstare putabat Brachij salutem: sed quo  
celeriter incepta perficeret, sex milia delectorum equi-  
tum in Hetruriam quam ocysime traiecit, ducemque  
his Troia comitem praefecit, eique imperauit, ut cele-  
riter ad Brachij castra contendens, direpto exer-  
citu, ipsum in uincula conijceret, nec cuiquam  
professionis suae causam, nisi re perfecta, patefacere-  
ret. Brachius, quum esset nunciatum, tantum con-  
spiarum Regem praemittere, crebros speculatores  
in uenientium castra mittendos curauit, qui omni uia  
atque studio tam subiua uenire causam certam ad eum  
explorare

exploratamq; referrent. Et quū Tudertinū ingressi  
 agrum, & decem milia passuum appropinquasset,  
 Gulielmum Meham ad eorum ducem cum mune  
 ribus mittit, eique imperat ut Ottinuum, quem una  
 uenire intellexerat, quā occultissime posset, con  
 ueniret. ille ut erat imperatum, ad castra profectus,  
 hominem conuentum per fidem atque amicitiam o  
 rat, ut si quid Brachio impendat periculi, certio rem  
 facere eum uelit sua opera in regis amicitiam ue  
 nisse, sua opera insidijs non esse circumuentum,  
 nunc accumulandum beneficium esse: ille rem om  
 nem ut sese haberet, edocuit, promississe Regem  
 Perusinarum legatis, ceteros quidem exules pe  
 rinde atque hostes habiurum, Brachium uero  
 aut necare, aut tradere necandum: ea conditio  
 ne Perusinos ciuitatem, atque imperium esse polli  
 citos. His rebus cognitis Brachius haud amplius ex  
 pectandum ratus trecentis equitibus Tudertinorū  
 praesidio relicto, ipse cum cetero exercitu in agrum  
 Picenum concessit, primaq; habuit statua inter Ser  
 nogalliam & montem Alboddi. mox Esi urbe res  
 recepta in potestatem, Regis copiae, quas aduentare  
 monstraueram, ad urbem oppugnandam uenerunt,  
 munitamq; situ & armis obsidione cinxerunt: hic  
 Brachio eruptionem faciente, saepe acriter pugna  
 tum est. hostes post aliquot praelia, multis acceptis uul  
 neribus, discesserunt. Interea Rex cū reliquis copijs,  
 modico Romae praesidio relicto, Senas placidissimam

Etruriam urbem contendit, quod superabat in Italia prius  
 Senensibus societate, oportere bellum Florentinis  
 mouere posse, quod agrum Senenses haberent finiti-  
 mum, & commectus abunde suppeditare possent.  
 tum ex altera parte, ad inferum mare pertinerent.  
 qua spe adductus, complures onerarias naues adu-  
 ficandas curauerat, ut quae res bello usui forent, sal-  
 gitta, tormenta, & alia machinarum armorumque  
 uaria genera, mari celerius quam terra uectaren-  
 tur. Florentinorum opes ea tempestate haud satis  
 magna erant, sed angustos imperij terminos, insu-  
 ta genti calliditas tuebatur: ijs nullae gentes neque  
 animo ad res magnas gerendas, neque consilio praes-  
 tant. saepe cum finitimis populis rem gessere, quum  
 aut ipsi ultro inferrent bella, aut ab alijs illata pro-  
 pulsarent, nunquam tamen succubuisse, sed latius  
 semper propagasse imperij fines traduntur: non sa-  
 tis bellicosi illi quidem (ut plane possit intelligi bella  
 ipsa, non magis ui corporis, quam animi consilio  
 procedere) sed industria rerum gerendarum miri-  
 ficè praediti: tum lautitijs & domesticarum rerum  
 magnificentia clari. Tempora, fora, parietes, prouata  
 atque publica aedificia cuncta sublimia: multo spacio  
 circum urbem altissimè surgunt uillae, nec pressius  
 agrestes casae, quam urbanae domus erectae conspici-  
 untur: Florentinum ingressus agrum alium quent-  
 dam censeas patere orbem: ubi urbem intraueris, et  
 terius orbis domicilium uideas. Hanc ciuitatem mul-  
 ti Reges

ti Reges, multi populi bello petiere. Sed tanta in  
 libertate defendenda uis fuit, ut saepe necessitate inue-  
 niente consilium, Regum ac populorum incepta co-  
 natusq; perfregerint, & ubi bellum à potentioribus  
 esset illatum, uno statim momento concitarent fini-  
 tima bella, & cum semper Italiam, tum plerunque  
 magnam orbis partem ad arma impellerent, Reges  
 atque auxilia, ex alio quodam accirent orbe: iam  
 nunc reliquæ Italia non tam uiribus, quanquam  
 & illæ supra modum auctæ sunt, quam consilio at-  
 que astu metuendi. Ergo ubi tanti exercitus aduen-  
 tum acceperunt, peritos rei militaris ad conducen-  
 dum ex omni Italia exercitum dimiserunt: ad Brachi-  
 um quoque, quem iam pridem suspectum regi atque  
 insensum audiuerant, eorum uenere Legati, peten-  
 tes, ne peregrinum & incognitum Hetrusca genti  
 Regem, patrium atque auitum Regnum occupare  
 permitteret, nunc ulciscendas esse acceptas iniuri-  
 as, non solum deceptum esse à Rege, sed etiam pro-  
 ditum esse, hoc ipse sibi persuaderet. Florentinos non  
 ante libertatem, quam uitam amissuros, nec ulla re  
 alia, quam Regis aut discessu, aut fuga, destituros  
 à bello: iam pecuniarum tantum exactum esse, ut  
 totum biennium exercitum quantum opus foret, que-  
 ant conducere, illos in patria, Regem in alieno so-  
 lo, inter ignotas, atque ideo infirmas gentes dimi-  
 caturum, sperare ultorem affuturum Deum: nul-  
 lis illum lacepsitum iniurijs, nulla in re offensum



70 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
à populo Florentino, quietis, et nihil ad sua iura per  
tinētibus inferre bellū. Quid facturū putaret Hetru  
ria subacta? quibus insidijs eius caput petiturū, cuius  
nunc uiolata fide sanguinē uendere ausus esset? Pro  
inde resisteret inimici nefario, sceleratoq; furori. Et  
ut ceteri Hetrusci auxilio ueniret: Regem etiam  
si esset amicus unum esse, et multis periculis ex/  
positum hominem, breui, aut suorum insidijs, aut  
hostili uī, aut (quod necesse esset) etatis maturitate  
occisurum. Populum Florentinum immortalem fo/  
re: nec libidine legere amicos, sed fide atque officio  
tueri solitum. Nunc illi et persequendi inimici,  
quod etiam ignaui cupiunt, et inuicti populi bene/  
ficio deuinciendi occasionem datam. Brachius hæc  
cuncta quā uerissima reputans, simulq; suorum  
omnium hortatu in castra Florentinorum, quæ non  
procul ab Arretio erant posita, cum omni exercitū  
proficiscitur. Eius aduentu ingens totis castris leti/  
tia est exorta. uix equo descenderat, quum iidem  
illi Florentinorum Legati, mille et quingentorum  
equitum stipendium dinumerauerunt. Interea Rex mo/  
tis ad Arretium castris, urbem muro, fossaq; muni/  
tam, nec oppugnari facilem, obsidere constituit.  
Qua re præuisa, Florentini, Sfortiam non parui ex/  
ercitus ducem, urbi præsidio collocauerant. Qui  
quum se obsideri uideret, et prius quā arctius ab  
hostium copijs clauderetur, emittit clam, qui Bra/  
chium consulerent, quid in tanto discrimine facien/  
dum puta/

dum putaret Brachius postridie eius diei, ex super  
 riore parte urbis erumpendum censeret, atq; in hos  
 tes subitum & improuisum impetum faciendum, da  
 turum se signum erumpendi, atq; statim hostibus à  
 tergo incubiturum: proinde uenientem se, & tuba  
 canere iubentem obseruaret, statimq; extra murum  
 compositio educto agmine, prior explicaret aciem,  
 quo ipse facilius à tergo pugnantis, & altero præ  
 lio intenti hostis, ordines perturbaret: facile hoc mo  
 do præclarum aliquod facinus prælio esse facturos.  
 Ille, ut erat imperatum, postero die intra murum  
 componit agmen, acceptoque signo extra portas in  
 structam paratâ aciem educit. Apud hostes undiq;  
 ad arma est concursus, paucisq; oppositis turmis,  
 quæ erumpentium impetum morarentur, utrinq; egre  
 gie pugnabatur. Quum hostes armandi sui spaciura  
 nacti, undique ui magna confluerent, Brachius qui  
 non procul inde ad fluminis ripam sese contulerat,  
 inconditum & temere concurrentem hostem à ter  
 go inuadit, tantus terror Regi est iniectus, ut repul  
 sis longo interuallo suis, ipse de fuga cogitauerit.  
 Ceterum multitudine fretus, inter resistendi, fugien  
 dique consilium, trium milium passuum interuallo  
 reiectus est. equi, arma, tela & reliqua belli in  
 strumenta passim iacentia uidebantur, cecideroq; ex  
 hostib. multi, capti euâ fuere nonnulli. Hac inspera  
 ta calamitate perterritus magis quam attritus rex,  
 Cortonâ uiginti pass. milia recepit, confessus: Nunc

72 IOAN. ANTON. CAMPANI DE  
primum scire aliud esse magni, aliud strenui exerci-  
tibus ducem esse: quippe fusa fugataq; uiginti milia  
equitum, decem peditum, a paucis, non prius con-  
sistere ausa esse, quam persequendi finem hostis fe-  
cisset. Cortonæ regnabāt tres fratres, qui, quod Ar-  
retinis, multisq; alijs Florentinorum municipijs fini-  
tini erant, eorum societatem atq; amicitiam seque-  
bantur. Rex montanam urbem & muro egregiè mu-  
nitam obsidere cœpit: sperans quos ui non posset,  
a quarum penuria domiturū. nec multis post diebus  
ciues facta conspiratione, & urbem & dominos Re-  
gi prodiderunt. hoc primum peregrini, atq; externi  
militis receptaculum in Hetruria fuit: nam Perusi-  
nos, quod remotiores a finibus hostium erant, non-  
dum adierat Rex. Brachius tanta urbis defectione at-  
tenta, ne hostes nouo imperio exultantes, uastando et  
populando latius uagarētur, proximaq; oppida rebel-  
lionem Cortonensium exemplo faceret, defendente  
nemine, ad Castellum Arretinum, regijs copijs mi-  
ture occurrendum decreuit. oppidum erat procul ab  
hostiū castris milia passuum quinque, hic licentius ua-  
gantem & excurrentem hostem, diu in castris conti-  
nuit: sed nec faciebat cum uniuersis copijs pugnan-  
di facultatem, & dissipatos mira cū celeritate paula-  
tim carpando profligabat, ut quoniam aperto nō aus-  
deret bello, arte atq; insidijs cū hoste contenderet. Itā  
Florentini nihil aliud quam dilationem querentes,  
iam ab initio ipsius belli, ne collatis signis in pugna  
descend

descenderet, inhibuerant: ut quibus satis foret, si ab expugnationibus & uastatione agrorum arceret hostem, paulo post fame confectum abiturum. Multa secunda praelia à Brachio facta: nam interdum, si qui hostium frumentatum pabulatumq; exirent, intercipiebat, & noctu ad castra usq; magno cum impetu delatus, non arma exuere, non dormire sinebat regem, qui saepe quos in primis stationibus & uigijs disposuissent, capi atq; abducti, nonnunquam extremis castris ignem iniectum audiebat: itaque pudore atq; ira percitus, saepe Brachium ad apertam pugnam prouocare tentauit. quod quum parum proceret, & hic quoq; confessus est: Non se ui atq; armis, sed celeritate atq; industria esse superatū. Tandem re frumentaria deficiente, Cortonæ presidio relicto, Perusiam proficiscitur: Brachius iussus à tergo insectari hostem, regis audito discessu, quod existimabat aliunde bellum esse moturum, Tyfernum urbem, nunc Castellū uocant, cum omnibus copijs pergit. Cuius profectioe cognita rex, hortatu Perusinorum, duo milia equitum, quibus Iulium Cesare quendam, nomine quam factis illustriorem, praefecerat, ad oppidum Fractam dimisit. Hic statim ingressus oppidū, caduceatorem ad Brachium mittit, qui (ut est hominum uana iactantia) ad coenam cum omnibus suis copijs inuitaret. quod si forte recusasset, diceret, se cum suo ad eum exercitu, coenatum uenturum, atque ante Castellī moenia pulcherrimē

ece iaturum: Brachus tam lepide inuitatus ad bel-  
 lum, Abito (inquit) quamprimum, & ista tuo im-  
 peratori sic dicito: Me quidem ita consueſſe, uocal-  
 tum in conuiuia recusare nunquam, ceterum raro  
 mea ſponte quenquam inuitare, ſi qui ultrò me ap-  
 pellant, accipio equidem oppiparè. quanquam non  
 a deo demens ſum, ut uelim meæ domi Cæſarem ex-  
 pectare, dignus eſt, quem ſua conueniam: illic, ſi me  
 inuitabit, ſentiet ſpero, non parum edacem conui-  
 uum inuitatum, & qui apparitoribus ne ipſa qui-  
 dem oſſa relinquet. hæc ultrò citroq; delata, utrumq;  
 ducem ad pugnam irritauère. Ergo poſtridie eius-  
 dem diei Brachus ducentis equitibus Caſtelli præſidio re-  
 lictis, orto tam ſole, exercitum tuba in expeditionem  
 eductum ita componit, ut quacunq; occurrat hoſtis  
 parata atq; inſtructa ſit acies, toto itinere, quadra-  
 to agmine inceſſum eſt: hoſtis uerbis quàm factis  
 magnificentior, nihil interea, nec de coena. nec de  
 belli apparatu cogitauerat. Vbi Brachium non lon-  
 ge à portis infeſto agmine inſtare uigiles retulerunt.  
 partem copiarum præmiſit, quæ uenientis retardat  
 ret impetum, ipſe interea partem reliquam, ut quiſq;  
 celerrime ſe armauerat, ita primum portis emiſſum,  
 in prælium accendit: poſtremo, omnibus eductis col-  
 pijs, ipſe paucis ſtipatus equitatu, fugientibus ſuis  
 ſubſidijs uenit, trepidos ac fuga ſalutem ſibi petere  
 contendentes excipere, tardos excitare, omnes pri-  
 ſtina

stinæ uirtutis suæ, egregiæ dignitatis admonere.  
 sed Brachiani militis tanta uis fuit, ut perturbati  
 hostes, & plerique ipsis excussi equis, impetum sus-  
 tinere non possent, Brachius insecutus hostem,  
 quum fugientem in oppidi moenia compulisset, di-  
 xisse fertur: Se quidem uenisse ad conuiuium, sed  
 Casarē cōuiuas suos bona fronte aspiciere noluisse:  
 capti ex hostibus equites quinquaginta, quos dum  
 hostes abscedente Brachio librare contenderent,  
 facto à tergo magno impetu, Simuducium Brachij  
 Nepotem, uagantem extra ordines, & longo in-  
 teruallo subsequenter cœperunt, statimq; non ex-  
 pectato Brachianorum impetu in propinquum se-  
 se oppidum receperunt. ea res minus latam uictor-  
 iam fecit. Brachius agro uastato Tyfernum cum  
 uictoria reuertitur, Regem interea multis diebus  
 Perusie commoratum, Tudertini Perusinis fini-  
 timi, uocauerunt: illo profectus, post aliquot dies,  
 compositus Tudertinorum rebus, Romam pergit.  
 hunc exitum habuit Hetruscum bellum, longè ma-  
 iore apparatu quàm robore gestum. Inter hæc Flo-  
 rentini, qui consuetudine sua, iam inde ab initio  
 belli aliunde opem excogitauerant, Ludouicum ex  
 nobilissima Gallorum familia, in Italiam acciuerant,  
 spe quadam iniecta Neapolitani Regni recuperandi  
 (quod à maiorib. suis, lōga uetustate obtētū, patriū  
 atq; auitū, ad se quoq; hereditario iure pertineret)

facile perpulerunt auidum imperij animum, ut cum  
 copias, ea spe paulo post ad ipsos in Italiam traiecisset,  
 cum Florentino exercitu coniungeret: communem esse hostem asserentes, alterius occupasse regnum,  
 alterius occupare uoluisse. populum Florentinum ubi suis finibus expulisset regem, in regnum iniecit  
 manus, & pro Ludouico bellum suscepturum. Ergo Florentini magna Gallorum accessione facta,  
 paribus copijs regem insequi decreuerunt. tū Roma magni motus afferebantur, Paulum Vrsinum à Rege defecisse, & eam urbem obtinere partem, quæ trans Tyberim pertinebat: Regem uero Capitolium, & reliquam urbem habere in potestate. Magnos fieri apparatus bellicos, Regem à suo regno integras accire copias, Paulum ab Hetruscis auxilia petere, munitiones & propugnacula in utraq; Tyberis ripa construi. Brachius Florentini exercitus imperator, Romam profectus, copias cum Paulo coniunxit. sepe grauissime pugnatum est, flumine tamē altissimo duos exercitus interfluente, magis enim nus tormētis, sagittis, cæterisq; missilibus, q̄ cominus hasta gladioq; certabatur. Bruma iam adueniente, Brachius caritate annonæ Roma abiens, in Tudertinum hyemandi gratia concessit, captoq; oppido Frasulula, tota hyemē in hybernis habuit exercitum. Frasulula expugnata Perusinis nouus metus iniectus est. Neque enim Regem præsidio habebant, & Florentinos, quorum animos superiore Hetrusco bello uehementer

hementer offenderant, ne quid ipsi quoque alia  
 parte concitarent belli, metuebant: sed trepidati-  
 one in sollicitudinem uersa, cogere nouum exerci-  
 tum, stipendia maiora decernere, uestigalia iusta  
 atque iniusta exigere coeperunt. Mox satis ma-  
 gnis pro tempore conductis copijs, Tartaliam egre-  
 gium bello uirum, exercitui praefecerunt. Hic ad  
 opposita inimicis oppida traducere exercitum ius-  
 sus, Brachio quocumque proficiscenti sese à fronte,  
 montosis & situ munitis locis ostendebat, nec ta-  
 men descendere audebat in pugnam. Quare ani-  
 maduersa, Brachius ne tempus ocio tereret, Clusi-  
 na arua, pecorum atque agrestium plena excurre-  
 re decreuit. Ea Thrasimenum lacum claudunt ad  
 occidentem solem, Perusini tunc agri, nunc etiam  
 imperij terminus, late sane, & uaste patentia  
 loca, tota herbida, partim nemorosa, cuncta pe-  
 cori pascendo accommodata. Ex altera parte  
 Thrasimeno, ex altera Clusinis paludibus conclu-  
 duntur. Proxima etiam castella, lignatum illò pabulis  
 latumq; accedunt. Perusini semper aliàs opportu-  
 nitate loci, nunc etiam belli metu, pecora cuncta ex  
 oppidis castellisque deducta, eadem in arua uniuersa  
 compulerant. Igitur Brachius magnam partem  
 equitatus, cum paucis peditibus, hosti montana sal-  
 tuosaq; petenti loca opponit. Ipse cum quadringentis  
 equitibus, totidemque peditibus, per medios  
 hostium fines, nihil hostiliter agens transitum fecit.



78 . IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
quum iam uiginti milia passuum processisset, tantum  
enim spacij intercedebat, in patentes diffunditur  
campos. tum uero pastores nihil tale metuentes, om-  
nes uertuntur in fugam: greges atq; armenta pas-  
sim errantia in praedam abiguntur: agrestes, ligna-  
tores, pabulatores capti sunt omnes: omnium ma-  
ximum fuit, octoginta captiuos, decem milia minu-  
torum pecorum, boum quinq; milia, mille equas,  
per media hostium appida, a tam paucis agi potu-  
isse. ERANT in illo Duce multae praeclearaeq; uirtu-  
tes, consilium rerum gerendarum, magnitudo ani-  
mi, gratia militum, omnia tamen perficendi celeri-  
tas superabat. Perusini audita hostium profectio-  
ne, Ciccholinum, quem parti copiarum praeposuerant,  
ad occupanda munita loca, reditusq; intercluden-  
dos misere, qui magna cum celeritate profectus, non  
procul a Thrasimeno editissimum collem, cuius rat-  
dicibus Brachius transitum facturus erat, occupat-  
uit: angusta sane & salebrofa uia, nec solum ingen-  
tibus impedita saxis, sed nunc praecipua ad infimam  
ducebat uallem: nunc ardua atq; aspera, etiam re-  
centem atq; inermem militem fatigatura surgebat:  
tum hinc atq; hinc praerupti atq; altissimi impende-  
bant limites, ut facile multi a paucis, uel gleba si la-  
pides decissent, nedum armis opprimi potuissent. Bra-  
chius per exploratores, quos omni sua profectio-  
ne praemittere consueuerat, insidijs cognitis, militibus  
omnibus, praeter paucos qui pecora agerent, equis  
descendere

descendere iussis, utrunq; uia superiorem limitem,  
 atq; angustias, maximè qua collis radices attolie-  
 bantur, occupare contendit: interea qui equis uehel-  
 bantur pauci, pars strictis mucronibus, pars inten-  
 tis hastis pecora precedebant: reliqui agentes præ-  
 dam, greges atq; armenta subsequabantur. hostes  
 qui peditatu superiores se fore putauerant, tantam  
 peditum multitudinem conspicati, non ausi sunt in  
 pugnam descendere, sed Brachio in superiorem eua-  
 dente uiam, illi in suprema collis uiga se college-  
 runt: iam milites conscenderant equos, quum hos-  
 tes equitatu pro peditatu usum Brachium cognos-  
 uerunt, tum se, tum fortunam accusare, quod graues atq;  
 impositos armis, leuiter armau fatigare, opprime-  
 req; subiecta atq; angusta in ualle potuissent: in re-  
 liquo autem uinere secuti à tergo saepe prædam eripe-  
 re, & quum loci opportunitas affuisset, manus con-  
 ferere tentauerunt. at Brachius, qui omnia quæ eue-  
 nire possent euentura cogitauerat, aptaq; insidijs  
 notauerat loca, equitatum omnem in geminam par-  
 tuum aciem, medium recipere prædam iubet: peditu-  
 tum non longo interuallo, ad occupanda gradatim  
 loca præmittebat: hostibus plerunq; à tergo a-  
 dorientibus, leuia fiebant certamina, quum nec il-  
 li Brachij impetum expectare, nec Brachius præ-  
 dam relinquere stauisset. milibus in castra res-  
 ductis, prædam uiritim distribuit, singulis milibus  
 densa circiter conungerant pecora: postero die, illis  
 unoquoq;

unoquoq; sua pecora pascentibus, dixisse per iocū fertur: Secum quidem actum esse præclare, qui ex militibus pastores effecisset. His rebus à Brachio gestis, Perusinis qui paulo antè quieturi sub regis tutela uidebantur, noua sollicitudo est iniecta: quippe in insensis cæteris finitimis, quod incognitum & externum sequuti regem, bellum ipsi suæ genti uel intulissent, uel illatum commeatu, frumento, armis adiuuissent, solliciti ne reliqua Hetruria, ob recentem offensionem, facta cum Brachio societate, magnū aliquod & periculosum bellum excitaret, exercitum quantum maximum possent conducendum, & præsidia per omnia castella disponenda curauerunt, maximè qua arcendi, & excursionibus hostes prohibendi erant. Inter hæc Brachius à Pontifice accersitus, omnibus relictis copijs, ijs quæ Iacobo Archipresbytero, magnæ inter optimates authoritatis, atque ex illustri familia uiro præfecto, Bononiam proficiscitur. Iacobus post multa præclara facinora, à Tartalia, quem Perusini Marsiano oppido præsidij causa imposuerant, captus atq; in uincula coniectus est. Igitur exercitus & imperatore re absente, & rectore capto spoliatus, quum intra moenia se contineret, Gulielmus Mecha accusata timiditate, animisq; militum accensis, Collazonum asperū situ, & montosum oppidū oppugnare adortus est: prodita per quēdā arce, captiū statim reliquū oppidū, diripiendum militibus est datū. Brachius nō

multis

multis post diebus Bononia reuersus, ascito sibi Sfortia bellicosissimo & fortissimo uiro, Torsianũ Perusinorum oppidũ, non procul ab urbe passuum milia quinque situm, capere cupiebat: igitur milites ad se uocatos, primum magnam uim scalarũ cogere, deinde corpora ante noctem curare, nocte incipiente itineri paratos esse iubet. deinde postquam eundi tempus uisum, milites leui armatura scalis oneratos, incertos quo profecturi, aut quid molituri essent, nocturnum iter ingressus, sequi se iubet: paucisq; horis ad oppidũ multa nocte in itinere consumpta, peruenit. Torsianum quidẽ magna ex parte duobus fluminibus, Tybri & propinquiore Chiasio clauduntur: quã uero Chiasius præterfluit, ripa aliquanto præruptiores, salictis atq; alnis obrumbrantur. igitur idoneũ nacti locũ, ibi inter fructeta sese occultuere, nec multo ante primam lucem muro scalis admittis, oppidum irruerunt. Torsiano capto, Brachius Sfortia præsidio relicto, in castellũ Leonis editissimo in monte situm, impetum fecit: oppidoq; celeriter expugnato, milites omnia in prædam habuere. Ingratissima hæc fuisse Perusinis, iã enim duo propinqua specula quotidie oculis intentatum iri, & urbi atq; agro perniciem illatura uidebantur: Brachius quo infestiora essent omnia, reliquis eductis copijs, solos exules Torsiani præsidio collocauit, quod sciebat certissimum robur, & belli & fidei contra hostes futurum. Ipse à legatis Tudertinorum, quos ingens exu

lum manus, aliquot occupatis oppidis, toto agro  
 infestabant, et urbi factiose et intestino malo laboran-  
 ti, haud mediocrem iniecerunt metum, sollicita-  
 tus, motis in Tudertinum castris, primo statim  
 aduentu, exules Calonicam fugere coactos, ad-  
 ortus expugnauit dirripuitq;: paucorumq; dierum  
 interposita mora, Rucellescum in supremo cacumi-  
 ne editi montis positum, haud dissimili euentu cap-  
 ptum ui est, & militi in praedam datū. reliquum es-  
 rat exulum receptaculum oppidum Quadra, quod  
 modico & inualido obtentum presidio, nullo pro-  
 pe negotio redactum est in ciuium potestatem, nec  
 tamen benigniorem, quam cetera expertum fortu-  
 nam: quippe expectato militis impetu, cuncta in pra-  
 dam rapinamq; concesserunt. Compertum erat Ti-  
 cini comitem secutum aduersam factionem, exu-  
 les comitatu ac milite iuuisse, itur ergo in hosti-  
 lem socium, signis animisq; infestis, sed oppugnatio-  
 ne loci nequicquam facta: oppidani cum muros egre-  
 gie defendissent, quod pleriq; erant eo praelio a sagit-  
 tarijs uulnerati, sponte deditioem, ea tamen condi-  
 tione fecerunt: ut eiecto Comite, arcē ipsi adificaret,  
 perpetuum ac stabile fidei futurā pignus, qua postea  
 ualido firmata presidio, diu Brachius oppidanos ha-  
 buit in fide. Non multis post diebus, Interamnensiu-  
 um fines, magna atq; improuisa excursione uexis-  
 se comperio, & praedam quantam uix unquam ant-  
 tea esse coactam. nam Interamnenses Regē secui, a  
 Pontificis

Pontificis imperio defecerant. His diebus, duo milites, qui Perusiam transfugarum specie confugerant, quaestione tormentisq; adhibitis, de prodenda urbe consilium coepisse confessi sunt: qua nocte futurum hoc dixerant, Brachium non procul ab urbe conseruisse constat, & signo diu nequicquã expectato, ratum prodicionem detectam, ingressu atque aspectu urbis abstinere nequiuisse, suburbanãq; ingressum aedificia, magnam asperrimãq; gessisse pugnam. Sed quoniam res admonuit ut de suburbanis dicere, pauca de situ eius urbis dicenda cõstitui PERUSIA, nisi quod Tyberim flumen ad orientem relinquit, media inter Hetruriae atq; Umbriae fines, editissimis in collibus proiecta uastè, magis quàm sita est. urbis ambitus paulo eminentior, & ueluti celsam in arcem exurgens, uetustissimo & quadratis lapideibus erecto cingitur muro. ad eius muri radices, quinque in longitudinem porrecta suburbia exoriuntur: tria paulo longiora, recto planoq; iacẽ: tractu: duo sub ipsum urbis caput, ad Occidentem & Septentrionem paulim recurue excurrentia, tertium in meridiem uergens, pari longitudine, in urbis ueluti caudam exteditur: reliqua duo, angustiora contractioraq; ceteris, per collium pendentia iuga descendunt. uniuersa deinde, perpetuus ac latior concludit murus. Igitur urbs in medio, atq; in edito sita, prospectus habet omnem in partem late pulcherrimos, et, nisi quod altitudine praestat, suburbia ueluti stella, minores maioresue radios, circumfundit:

cumfundit: tria quæ diximus, ut planiora porrectior  
 raq; reliquis, ita maiora celebratioraq; sunt, angu-  
 stioraq; reliqua contractioraq; magis, ueluti mino-  
 res radij ab urbis gremio recesserunt. quinque sub  
 urbijs, quinque magnifice erectæ portæ, totidemq; ex-  
 tra portas opera structissimi fontes aspiciuntur. Vri-  
 bem leni cliuo pendentes excipiunt colles, hinc uine-  
 ta, oliuetaq; dorsis late consita, cum ipsis collibus  
 delabuntur: mira omnium rerum fertilitas, nec minor  
 facies atq; amœnitas. hæc omnia paulatim ad Ori-  
 entem & Merid. em in amœnissimam desinunt pla-  
 niciem. Eam quoq; Tyberis fluuius mediam præter-  
 labitur, qui alueo lato magis quam alto, perpetuis  
 ad Chiasium usq; transitur uadis, inde maiores inci-  
 piens moliri undas, altioreq; fluens gurgite, rara præ-  
 stat & profunda uada: nihil hac ipsa Tyberis ora  
 felicius, nihil proximis à planicie surgentibus cliuis  
 læuis quæ enim parte Perusia ad Meridiem spectat,  
 perpetui quidem illi, sed non multum editi stant col-  
 les. eorum collium magna fertilitatis cum amœnita-  
 te certatio: quippe duodecim milia passuum (tantum  
 enim se porrigunt) duodecim castella, pari interual-  
 lo distantia, recto per uiga uisuntur tractu, quæ in  
 læuâ lenissimo descensu, nec dissimili cultu, ad Thra-  
 simenum Occidentē uersus proferuntur, tanta soli-  
 equabilitate, ut colles sint an campi, non facile di-  
 gnoscas. Thrasimeni ora nulla beatior, ueluti ubi  
 nullum terræ peragraueris, in maritimam plagā te-  
 pentiorem

penitorem amœnioremq; desinatur: igitur qui benignius sentiunt, agrum Perusinum totius Italiae censent cultu & amœnitate pulcherrimum: qui uero patriæ suæ studio quicquam detrahunt, hoc affirmant, nullam montanam Italiae regionem huic esse, neque aspectu, neque ubertate comparandam. sed qua inter Septentrionem & Occidentem uergit, loca sunt paulo uastiora, quibus rara, & ea ipsa aspera atque montosa prominent castella, ut nec lignandi quidem papulandiq; copia desit. Sed iam ad Brachium redeamus, qui quum ad constitutum uenisset locum, magnamq; partem noctis in occulto consedisset, ubi uigilias ciuium in armis agi, & urbem diligentius munitam, strepitu nocturno resonare surrectæ aures captauere, desperata proditione, uel desiderio patrij soli aspiciendi, uel (quod uerisimilius est) belli cupiditate incensus, impetum in Meridionale suburbium facit, ciuitatis portas effringit, immissoque celeriter equitatu, ad interiorem urbis murum, pugnano uastandoq; peruenit. Ciues partim qui pro stationibus uigilabant, partim ingenti clamore excitati, undiq; ad arma concurrunt: qui superiore loco pugnantes, hostium equitatum summa ui repellere conabantur, tela saxaq; deicientes, mulieres quæ alia cinerem, seruidamq; aquam suggererant, alia fenestris nuu, manu, uoce, uiros ad pugnam cohortabantur. Inter hæc Tartalia, quem ad urbis atq; agri defensionem, superiore mense conductum ostendimus,



deram, cum omni equitatu delatus in hostes, tantum conatum in subiectos milites fecit, ut perturbati statim, atque extra portam repulsi, eius impetum sustinere non possent: ubi ad portas est uentum, Brachio incendente militum animos, & iam manifestam sistente fugam, tum uero acerrime uignari coeptum. Tartaliam primo impetu quam reliqua pugna ferociorem, intra portas Brachianae acies compulerunt: quem insecutus est statim omnis equitatus. Erat res admiratione dignissima, inter tot ciuium milia, nunc fugere, nunc acius insturare praelium, nec quenquam nisi armatum gladio hastaq; ferire, & si, ingentem telorum ac lapidum uim, circumfusa inermium turba, in Brachianum militem conijciebat. Dum haec ab equitatu gererentur pedites praedae magis quam praelio intenti, per suburbium late excurrere coeperunt: tum uero ianuas excidere, diripere atque incendere cuncta uidebantur. iam Tartalia suis equitibus fatigatis, intra urbis moenia se recipiebant, quum subito ingens armorum ciuium multitudo, quibus arma capiendi temporis satis fuerat, confluere undiq; & in subiectas turmas, facere impetum coepit. Brachius ubi nimis augeri hostium copias uidet, ueritus ne a multitudine circumuentus caperetur, signum receptui dedit: tandiu hostibus incumbens, donec dissipati & praeda onusti pedites, colligendi sui tempus habere potuissent: mox quadrato agmine paulatim praelio excelsendo

dendo, portas egreditur, præmisso equitatu, ne ho-  
 stes præcipiti lapsu descendentem adorirentur, pedi-  
 tatum omnem obsistere prementibus iubet, qui &  
 concitatus accurrere, & firmius prærupto iugo con-  
 sistere possent, & quum opus esset, donec in æquior-  
 rem locum equites deuenissent, pro equitatu dimica-  
 rent. atq; ita, ne urgente quidem hoste, incolumem  
 exercitum reduxit. Dum hæc ad Perusiam gerun-  
 tur, Ludouicus quem Pisas uenisse ostendi, & Pon-  
 tificex qui per id tempus Bononiæ morabatur, Floren-  
 tinum in agrum cum omnibus copijs conuenerunt:  
 Florentini quoq; suum commiserunt exercitum. Brachi-  
 us à Pontifice accersitus, Etruriam, cum suis & ip-  
 se copijs in Florentinorum fines peruenit, eiq; sta-  
 tim omnium copiarum summa delata est, Gallorum  
 Italiorumq; consensu: tanto coacto exercitu, primū  
 Viterbium, mox relictis impedimentis, Romam ad  
 opprimendum Regem proficiscuntur. Quum Viter-  
 bium esset peruenit, Brachius statim de suo hospi-  
 te percontatus, cum magnitudine æris alieni con-  
 tium in catenas audiuiisset, primum creditoribus  
 satisfecit: mox uinculis exemptum, secum in exerci-  
 tu postea habuisse traditur, et liberaliter magnificèq;  
 tractasse. Rex interea omnibus quæcūq; bello usui e-  
 rāt cōparatis, certior de Pontificis aduētū factus, per  
 Transyberim ad Ianiculū penetrauerat, Ianiculūq;  
 occupato, præsidium firmissimū imposuerat: ipse ad ar-  
 cē Hadriani, quæ Pontificis fidē sequebatur ueniētes

Gratitudo  
Brachij

hostes infesto expectabat agmine. Omnem Pontificis exercitum Brachius in frequentia partiuerat agmina, unicuique cohorti sua signa, suus Dux praerant: nec tamen uniuerso exercitu, sed uno gradatim agmine certabatur. Primo congressu duorum exercituum, Galli, qui primum cum suo Rege locum obtinebant, ante omnes praelium susceperunt. pugnatum est aliquandiu atrociter, Gallis pro gloria bellica laudis in hostium ruentibus tela: Neapolitanis, qui sub Rege militabant, nobilitate atque emulatione praeliantibus: utrique autem, quod de regno certari dicebatur, pro dignitate sui regis fortiter mori, quam turpiter fugere malebant. Aderant praelio fortissimi Reges, illi militis, illi imperatoris officium gerere: illi infesto se aspectare lumine, et aliter in alterum pertinacius magis quam fortius tela dirigere, manu quidem dimicare, ac ferro locum sibi in acie facere, uoce autem incendere militum animos, atque in suum uterque hostem irritare aspiciantur. nusquam certatum est ardentius, nusquam aetate nostra tot milites praelio desiderati. Galli pugna diuturnitate fatigati, enses dimittere, leuissimos incutere ictus, paulatimque sudore simul ac labore deficere cernebantur. Ludouicus quoque nimij laboris impatiens, quum deficere suos uideret, terga uertit. At Brachius, qui subsidiariam cohortem in parato habebat, ubi uisum Gallum praelio excedere cognouit, partem copiarum urgenti obijcit Regi. ipse cum delectissima manu,

manu, modico interuallo regressus, in angustum at  
 que inflexum penetrat uicum. Interea Neapolitanus  
 ne à fessis cum integris pugnaretur, recenti produ-  
 cto equitatu, pugnam fortissime instaurauerat: Et  
 iam subsidiaria quoque cohortes inclinare, perturba-  
 ri; ordines coeperant, quum repente Brachius à  
 tergo adortus hostem, tanta in præliantem Regem  
 concitatione fertur, ut subito statim dissipati ordi-  
 nes, & milites incerti à fronte an à tergo se defen-  
 derent, nihil nisi de fuga cogitantes, perturbaren-  
 tur. tum uerò reliquæ Pontificis acies, ubi aperta  
 hostium latera prospexere, omnibus simul cohorti-  
 bus aggrediuntur. earum aduentu hostes, quum iam  
 dudum impetum sustinere non potuissent, fusi fugati-  
 que per Ianiculum, in alteram fluminis ripam eua-  
 serunt. præsidia quæ Ianiculo erant relicta diripiun-  
 tur. Hæc pugna adeo Regis attriuit animum, ut stat-  
 tim post conflictum, munitionem pro pontibus face-  
 ret, fossam latissimè productam, uallo atque aggere  
 præcingeret. quæ omnia una nocte, mira cum celeri-  
 tate confecta, ingenti præsidio firmauit. Postridie eius  
 diei, quum uaria belli consilia ageretur, Brachius  
 antequam Rex nouas acciret copias, tentandam ex-  
 aus munitionis expugnationem censuit: eam si peri-  
 rumperent, facile Tyberi amne traiccto, Regem reli-  
 qua urbe posse depelli. Galli cum superiore die pa-  
 rum fœliciter pugnatum meminissent, quo pristina  
 belli gloriam uendicarent, primū sibi certamen im-

90 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
petrauere: sed patentis belli quam oppugnationum  
peritiores, a Regijs militibus, multus cum uulneri-  
bus repelluntur. hos postridie secutus Paulus Vrsi-  
nus, diu atq; acriter, ne quicquam ad hostium mu-  
nimenta pugnauit. eius milites magno impetu reieci-  
ti, et a Regijs sagittarijs uulnerati recesserunt. Ter-  
tij diei oppugnatione, Laurentius Cutignolanus, &  
Rosarij milites, collecta nullo Duce manus, aggressi  
sunt impetu quam unquam antea maiore. sed hi  
quoq; post multa accepta uulnera aut uicti, aut fa-  
tigati praelio excesserunt. Sic Maletesta Ariminen-  
sis, qui Pontificẽ erat secutus, sic Sforcia suo quisq;  
die munitionem frustra oppugnauerunt: nam &  
Rex ipse primo pontis aditu obsistebat, & prater  
incredibilem multitudinem sagittariorum, machi-  
nae uarij generis intendebantur. Sexta iam aderat  
dies, quum reliqui duces nihil profecissent, Brach-  
ius ad quem ultima uel gloria uel periculi restabat  
discrimina, prater ceteros bellicarum rerum appa-  
ratus, magnam uim aggerum totam noctem com-  
portari iubet. Prima deinde luce, uocatos ad se mi-  
lites, nunc magnam illis datam ostendit occasionẽ,  
qua totius Italiae milites gloria superarent, meminisse  
sent pristinae uirtutis, non dubitare, quin primo, aut  
ad summum altero impetu, intra hostium munitio-  
nem irrumperent, atq; intra uallum prosilirent: Gal-  
los inscitia, & insuetudine belli esse reiectos, ceteros  
duces nimis temerẽ atq; incautẽ suum militem  
hostium

hostium telis obiecisse, atq; ideo & ipsos esse superatos. se uero leui expedita manu, fossam aggere completurum, lectissimosq; milites, & armis munitissimos, contra hostes immissurum. non diffidere se meritum uirtutis, si modo ipsi ductis prudentia & confidentia: prouide eant in praelium bono foelicitq; auspicio: hanc illum illuxisse diem, in quo si acris fuerint animos, flos atq; robur totius Italiae reputentur. Ex breui periculo perpetua gloriam parari oportere. Nec segnius hostes, quae superioribus diebus excussa erant propugnacula, mira cum celeritate refecerant: putabant enim, quoniam conuinis superioribus praelijs nihil hostes profecissent, maximum atq; ultimum conatum esse facturos. uallum altissimè munierant, turres & tabulata erexerant, atque haec omnia solida compleuerant terra: saxa, tela, calcem, cinerem in turres et tabulata conuexerant. tormenta praeterea, & omnium generum machine a fronte opposita minabantur. Hac re animaduersa, Brachius ueritatis ne temeritas in periculum ueriretur, militem tantum diu continuit, donec duae lignae turres impositae atque enixae rotis conficerentur. opportunissimum factu ratus, si pari loco, nec alter altero superior dimiarent. turribus confectis, & omnibus rebus atq; armamentis importatis, grauiter armatis militibus, praelium capere, & in munitionem facere impetum iubet. Hostes superiore loco pugnantes, ingentia saxa praecipitabant, tormentis quoque a fronte

directis plerique traieciabantur. uirtus militum, quod iniquo loco praelium committeret, in irrium recidebat. ducis tamen hortatu non prius ab oppugnatione destitit, quam propugnacula quadam ex parte labefactata deicerent. tum uero dato signo, qui rotas agebant in munitionem, quanto maximo fieri potuit clamore atque impetu, confertas militibus turres admouerunt. Hostes nihil tale cogitantes, quod lapidibus se certaturos existimauerant, eamque ob rem, paucas conuexerant hastas & tormenta, ad inferiora feriebant, telis atque hastis confodiebantur. iam ipsis excussi propugnaculis, uix intra uallum se continebant. tum Brachius leuiter armatis militibus imperat, ut fossam mediam inter duas acies compleant aggeribus. atque intra munitionem irrumpant. breui fossa equata solo, Brachiani milites in pontem summaui prosiliunt. Rex ipse inter primos pugnabat, sed pontis angustiae, quo minus toto exercitu decerneret, fuisse impedimento: uix enim centum, aut ad summum ducentos milites capiebant. pulsus tandem Rex omnibus deiectis munimentis, & ponte ab hostibus occupato, in interiorem se recepit urbem, ueritusque ne libero aditu hostes se adorirentur, proxima nocte, eum omnibus copijs effugit in Regnum. Ea res mirifice Brachium conciliauit Pontifici, cui uocari ad se iusso, per letitiam dixisse fertur: Eius milites Brachio, ceteros Pede duce dimicare. Eam ob rem illos pede fugam moliri, suos brachio pugnam facere consue-

consueſſe. Placuit deinde Roma capta, fugientem  
 perſequi Regem. Igitur biduo ad quietem militibus  
 dato, magnis itineribus, in Sorianorum fines, quo  
 fuſiſſe Regem audiebant, cum omnibus copijs per  
 uenerunt. Rex ubi aduentare hoſtem intellexit, ſpe  
 rans uictoria exultantem ad loci iniquitatem aduoci  
 poſſe, aciem ad montis radicem explicauit. Brachius  
 mira gerendi belli ſollertia præditus, quum ma  
 nus cum hoſte conſerere, & paulatim de industria  
 in planiciem cedere cœpiſſet, ſignum reliquo exer  
 citui dedit, ut inter montem & planiciem, ad hoſti  
 um terga penetrarent. Regij milites duplici malo cir  
 cunuenti, ueriti ne ſi terga uerterent, à Brachio cæ  
 derentur: ſi acrius prælio inſtarent, reliquæ hoſti  
 um copię à tergo inuaderent. Hoc periculo perier  
 riti, quod propinquum habebant receptum, manife  
 ſta fuga ſe in oppidum receperunt: pauciſq; poſt  
 horis, Rex per auerſam egreſſus portam, in inti  
 mum Regnum conceſſit. Soram ſtatim expugnatam  
 milites diripiuerunt. Romam deinde rediens, Brachi  
 us cum Pontifice egit, ut facta ſibi poteſtate abe  
 undi, Torſianum, quod eius tenebatur præſidio,  
 petere liceret: Pontifex ample magnificeq; ue locu  
 tus, memorare cœpit quicquid ille pro ſua digni  
 tate, atque imperio geſiſſet: eius manu atque ope  
 ra deuictum & proſtigatum Regem, recuperat  
 tam Romam, attritum paulo ante & pene extin  
 ctum Romanum imperium reſtitutum: quod ad ſe  
 perti



bus nummum, quibus stipendium militibus datum,  
 se redemerunt. hac calamitate mirum in modum at-  
 triti sunt Perusinarum animi. Per hos dies, Paulus  
 Ursinus, & Sfortia, de quibus supra feci mentionē,  
 superiore Romano bello societate facta, ad Bachium  
 uenerunt, conuictis castris, exercituq; lustrato, ini-  
 uenta sunt equitum circiter quatuor milia, peditum  
 numerum perexiguum fuisse comperio. Tatis unum  
 in locum coactis copijs, Brachius ne tempus ocio te-  
 reret, Nonis Augusti, Torsiano ingenti relicto præ-  
 sidio, exercitum mouit. ea die amplius quam duo mi-  
 lia passuum progressus, inter Tyberim & Bucarel-  
 lum nunc dirutum oppidum, posuit castra: postero  
 deinde die, prima statim luce signo expeditionis da-  
 to, per ripam Tyberis, itinere celeriter facto, ad Pon-  
 tem Patulum contendit, oppidum ad occidentem flu-  
 mine abluitur Tyberi, qua uero in campos liberos  
 ad Orientē exit, latissimo cinctum muro, fossa etiam  
 ualloq; munitur. Multis alijs de causis eo potiri op-  
 pido Brachius cupiebat, maxime tamē omnium, quod  
 pontis aditū ad traiciendū flumē necessariū cogno-  
 scebat. ubi ad locū puenit, oppidanis improuisis, con-  
 citatissimo impetu plurib. simul ad motis scalis (quæ  
 cōsuetudine sua à leuiter armatis militib. ferebatur)  
 oppidū cepit, eadēq; celeritate, traiecto statim pōte,  
 in supertora & mōticulis posita castella, percurrit.  
 plurimis direptis atq; incensis uillis, & præda quan-  
 ta nunquam antea abacta, illo ipso impetu & cele-  
 ritate.

ritate, ad ciuitatis portas se ostendit. Hac de re tantus ciuium animos inuasit pauor, ut cum superiore calamitate, tum hac subita incursione perterriti, nemo arma capere, aut urbē exire ausus sit. Quarta die post captum Pontem, inferiorem agrum, qua Tyberis interfluebat, cum leuiter armatis militibus depopulatus, Pratulam, quæ in fluminis ripa sita est, direptam milites incenderunt. plures eo die mole frumentariæ effractæ, atque disiectæ. cæterum quod ciues pecora atque armenta subdlexerant, parum prædæ est actum. Villæ atque ædificia passim igni ferroq; uastata. Paucis post diebus ad superiorem fluminis oram castris permotis, multa castella sua sponte uenere in potestatem. Petramelina magnum & munitum oppidum, ut expugnata atque dirrepta est. Paulus Ursinus, quum proximum quoddam castellum oppugnaretur, telo per alterum oculum traiecto, confoditur. ea de re statim est ab oppugnatione cessatum. His rebus in Perusino gestis, Brachius ad Pontem & reliqua castella, duabus cohortibus præsidio relictis, quo liberius copia frumenti & cōmeatus suppeditare posset, in Tudertinum concessit: commodiorem eum arbitratus excurrendi ac prædandi futurum locum. nam Perusini qua parte Tyberis præterlabitur, pecora, intra moenia & munitissima quæque, proximaque urbi castella compulerant. Postridie quàm in Tudertinum est accessum, Perusinum agrum ex aduerso latere coepit

excurrere, sed qua parte Perusia ad Derutam per-  
 tinet, Tyberis confluyente Chiasio atque undas in-  
 termiscente, minus frequentia habet uada. transeun-  
 tibus iter est per pontem, quem nouum appellant,  
 nunc quidem totum penè collapsum pontem, tunc  
 uero etiam hominibus habitatum, & arce munitum  
 oppidum. Brachius tratecto per superiora uada flu-  
 mine, Pontem ex utroque latere oppugnare aggressus,  
 duabus continuis hortis praelio consumptis, ex-  
 pugnavit: hac re mirum in modum elati sunt mili-  
 tum animi, quod uidebant etiam si pluuijs creuis-  
 set flumen, liberè iam in hostium fines excursuros.  
 nec multis post diebus agro undique uastato, Bra-  
 chius ad lacum Thrasimenum cum duobus milibus  
 equitum proficiscitur, causa fuit spes potiundi Mon-  
 tis situ & natura muniti loci. Oppidum est in Thra-  
 simeni littore positum, à quo tribus fere lateribus  
 abluitur, reliquo latere lato & eminenti cingitur  
 muro, tum crebrae per eius moenia erectae turres, me-  
 diam aspiciunt & tuentur arcem, undique foris emi-  
 nentia altè assurgunt propugnacula. quidam ex op-  
 pidanis factiosi homines, & ipsi dum res optimati-  
 um stetit domi potentes, prodendi oppidi consilio  
 habito, Brachium in suos fines uocauerunt. Thra-  
 simenus, duabus pulcherrimis & cultissimis inter-  
 iectis insulis, tertia deserta adornatur: earum incol-  
 lae, ut cæteri qui extrema incolunt littora, multis ua-  
 rijsq; nauigijs utuntur. aliquo exorto bello, nauigia  
 omnia

omnia in insulas subducunt. quod eo faciunt consilio, ut & ipsi succurrere finitimis queant, et si quod forte oppidum hostes capiant, nauigandi ad insulas facultas eripiatur. Igitur cognito Brachij aduentu, ingens accolarum multitudo, ad oppidum Montem lacu terraq; confluit, quocirca qui oppidum statuerant prodere, perterriti multitudine, signum non dedere. Brachius quum multis horis non longe ab oppido consedisset, ubi rem minime procedere intellexit, omni uastato agro, re infecta reduxit exercitum. nec multum procul inde Castilionum & Monticellum duo exigua oppida, modico impetu expugnata, diripiuntur. Praesidio relictis ducenti perditos, qui finitimum agrum uexarent: aliquot post diebus ex omni parte infestaturus hostem, oppidum Casilinum oppugnare aggressus, iam uallum atque pontem transfilerat, iam undique scalis muro admotis, milites hostium compleuerant moenia, cum ex aduerso excussa bombardam, Gulielmum Mecham altero crure corripuit. casu tanti uiri non tam ab oppugnatione destitit milites, quam manifestam dimisere uictoria. Ille exceptus a suis, et Tudertum delatus ad medicos, paucos post dies Fride Calendas Septembris moritur, Vir manu strenuus, & suo Duci fide atque consilio imprimis charus. Huius mortem Brachium molestissime tulisse ferunt: nactura dignitate et magnitudine animi, temperare lachrymis nequiuisset, & magnificetius quam opus esset iussisse sepeli, mor-

h a tuum

tuum etiam in castris pro concione laudatum, non  
 minus sibi, quam omnibus militibus excussisse la-  
 chrymarum: multisq; diebus incessisse squalidum,  
 & illum in coena, illum in sermone appellare audis-  
 tum. Sed ubi uidet dolorem atque incommodum  
 nihil aliud quam incommodum adijcere, accusata  
 hominum fragilitate, & instabilitate fortuna, ani-  
 mum ad bellum conuertit. Interea Perusini tanta  
 belli mole oppressi, proximis castellis partim expur-  
 gnatis ac direptis, partim uastato incensoq; agro  
 bellum sustinere nequeuntibus, ultimum conatum  
 ad excutiendum hostem facere decreuerunt. Pluri-  
 mis ad conducendum per omnem Italiam exercitum  
 cum pecunia dimissis, domi ingentes apparatus, ma-  
 chinas, arma, tela faciebant. Castella quae nondum  
 in hostium uenissent potestatem omnia, praesidio,  
 & frumento munitabant: quae defendi moenium im-  
 becillitate non possent, ipsi incendebant. agri finiti-  
 timi, hostibus ne pabula suppeditare possent, ferro at-  
 que igni uastabantur. denique quacunque hostes ad-  
 ditum sibi armis facturi, quacunque agrum depopula-  
 turi uiderentur, quae in urbem subduci non poterant,  
 omnia corrumpebant: seuire in se ipsos crederes, quam  
 uniuersum populum pari consensu, sua quaeque prata  
 exurere, incendere, aedificia demoliri, uillas casasque  
 uideres. Brachius per uastatum & exinanitum a-  
 grum, iter sibi ad interiora proximaque urbi armis fa-  
 cere, pecoris quod fuerat reliquum in pradam age-

re. iam Perusie magna copiae conuenerant, ut ob-  
 sistere hosti, & bellum non modò propulsare, sed  
 etiam inferre posse uiderentur. Albericus Babia-  
 neus, sub quo Brachius aliquot ante annos milita-  
 uerat, equitum duxerat duo milia & quingentos:  
 Comes Carrariae quingentos: Ciccholinus sexcetos.  
 Tantis coactis copijs, coniuētoque trium ducum ex-  
 ercitu, milites qui in hybernis passim per arua mo-  
 rabantur, plerique Fractulae ad Brachium conueni-  
 re. Hostes, ne frustra tantum exercitum coegisse ui-  
 derentur, simul ne paulatim copia deficerent, Fra-  
 ctulam obsidere statuerunt. itaque eo traducto exer-  
 citu, non procul ab oppido stationes & castra mu-  
 niebant. At Brachius ueritus ne, si hostes munimen-  
 ta perficerent, prohiberi com meatibus, & quum uel  
 let exitu incercludi posset, repente capere arma mi-  
 lites iubet, ordinibusq; intra moenia dispositis, qua-  
 drato agmine, & ueluti uno globo consertis, sibiq;  
 instantibus cohortibus, aliquot leuiter armatos, qui  
 fugam simularent, ex inferiore porta dimittit, ordi-  
 ne quam longissimo, ueluti copiae omnes ex oppido  
 demigrarent. hostes, qui superiorem occupauerant  
 locum, dimissis munimentis, in fugientem militē dissi-  
 pantur. ille ad inferiora de industria tendens, spem  
 capiendi sui faciebat. hac cum essent Brachio cogni-  
 ta, per superiorem portā educto agmine, uacua pra-  
 sidio, ac propè derelicta hostium castra, nullo cepit  
 negotio: duces deinde persecutus, quod in editū eua-

serant locum, profligare non potuit. Illi soluta obsidione, omnibusq; amissis impedimentis, in proxima se castella receperunt. Postridie reliquis copijs quæ superiori prælio non interfuerant ex hybernis deductis, Brachius in hostium fines contendit: sperans Duces ipsos, multitudine fretos, præbita facultate purgandi ad prælium esse uenturos: tum quo magis hostium irritaret animos, per ipsas oppidorum portas, transitum faciebat, occurrente nemine. Marsianum eodem die profectus, quod de prodendo oppido agebatur, non procul à moenibus in ripa fluminis consedit. Sed signo diu nequicq; expectato, ratus rem detestam per Collinam frequentibus castellis cultissimam regionem, Querquetum peruenit. magna hic hostium conuenerat manus ad oppidum defendendum, & præter innumeros pedites, & eos qui confluxerant, Comes Carraria, cum aliquot cohortibus delectorum equitum eius loci præsidio erat impositus. Brachius quadrato agmine ante oppidi portas transitum fecit. Ille parata atq; instructa acie eduxit quidem extra portam exercitum, sed pugnam magnifice detrectans, suos munito & sublimi loco, nec multum procul à moenibus continebat. Brachius ubi uidet metu laborare hostem, leuis armaturæ milites geminas dimittit in partes: alteros ut in oppidanorum oculis subiectum depopularentur agrum: alteros ut intra hostium frequentem aciem tela conijcerent. Ipse cum delectis equibus, denso & glomerato

REBUS GESTIS BRACHII LIB. II. 103  
rate agmine paratus subsidio, intentis hastis expe/  
ctabat. Tum Comes metu dissimulato, signum dat  
extra munimenta profiliendi, ratus id quod erat fu/  
turum, Brachianum militem dimissa populatione,  
ad praelium recursurum. Interea oppidanos, qui in  
agros pabulum lignatumq; exierant colligendi sui  
facultatem habituros. Hic praelio a paucis leuiter  
commissio, Brachius paulatim loco cedens, paten/  
tes in campos eliciebat hostem: qui quanquam suo/  
rum confidebat uirtuti, non tamen iniquo loco pu/  
gnam committendam putabat. Vbi in campos est uen/  
tum, aciem paulo ante, ne hosti terrori esset, confer/  
tam, quantum opus uisum est, explicauit, atq; ma/  
gno facto in hostes impetu, ordinibusq; late pertur/  
batis, mira celeritate conuertit in fugam. Capti prae/  
ter agrestes, quos leuis armatura milites intercepe/  
rant, equites octoginta, caeteri quod proximum erat  
in oppidum refugerunt. Hac celeritate non inter/  
missa, Brachius per proxima quaeq; castella excur/  
rens ad urbis usq; portas progressus, praeda quanta  
nunquam antea coacta, Fraetulam exercitum redu/  
xit. Haec uno die, uno cursu gesta sunt omnia, ut si  
iter, si praelia, si interualla consideres, ultra huma/  
nam uim putes, milia passuum circiter quadraginta  
decursum: Marsiani confessum in insidijs, Querqueti  
cum uictoria pugnatum, uentum ad portam urbis praedam  
maiores quam superioribus bellis peractam, exer/  
citus cum praeda reductum. haec omnia uno die ge/  
h 4 ri pou/



ri potuisse, uix ipse credo qui scribo, etsi omnia certa a nobis, explorataque scribuntur. His rebus in Perusino gestis, cogitare coepit, si quo pacto Montonum recuperare posset, paternum atque autum oppidum: sed quod erat natura atque opera egregie munitum, ut ui expugnari non posset, agere cum oppidanis coepit, qui ei plurimum afficiebantur. De tradenda arce dictum tempus, dicta dies est. qua die proditio conuenerat in agrum Montonensem, cum omnibus copijs sub occasum solis profectus, tota nocte militem in armis habuit. Fertur paterna in solua consedissee exercitum, sed militibus ignes nimium late facientibus, reliqui oppidani cognito hostis aduentu, uigilias duplicauerunt: custodes arcis plerique mutati: excubiae circum moenia tota nocte in armis habite. Re per hunc modum patefacta, milites soluam omnem, & pastoria quaedam tuguria, latissimo incendio uastauerunt: quos quum Brachius per iocum increparet, Quod in se bellum conuertissent, paterno uastato praedio: respondisse nonnullos ferunt: Immo uero tu tibi inferebas bellum, cum tuis hostibus, belli alimenta praeberes. omnibus deinde populatis finitimis locis, ad ripam fluminis Tyberis castra promouere, nec procul ab oppido Fracta, quod Perusinorum praesidio tenebatur, agere praedam coeperunt: oppidani nihil hostile metuentes, in agros pecora deduxerant, passimque toto agro suis intenti studijs aratores aspiciebantur. ingens pecorum

pecorum atq; agrestium captus numerus. Ciccholinum qui Fractæ præsidij causa morabatur, milites ad pugnam cõcitauere: sed primo impetu repulsus, aliquot amissis equis, in eduum & oppido finitimũ collẽ, effusissimã fugã se recepit. Brachius omni fluminis ora uexata, ad Pontem Patulum exercitum perduxit. Inter hæc Ciccholinus ex proximis castellis accito milite, Perusiam primũ, deinde ut hostem anteuerteret, Brusam contendit, iniquo loco hostem inuasurus: hostem sperans inter fluminis montiũq; angustias, aut oppressurum transeuntem exercitũ, aut, si id non posset, prædam erepturum: aut si ne id quidem daretur, incursionibus atq; reliqui agri uastatione prohibiturum. nec Brachio quidem consiliũ defuit. composito enim procedens agmine, prædam omnem in medio collocauerat: tum ubi ad angustias est uentum, leuiter armatos milites, ad occupandum supremum montis iugum præmittit. quã re cognita hostes, ueriti ne de superiore loco inuaderentur, non solum abstinuere prælio, sed etiam loco excedentes, liberum iter militibus reliquerunt. sed angustias celeriter prætergressi, proximisq; Brusæ collibus occupatis, superiores à latere prædam atq; hostem insequebãtur tam modico interuallo, ut duorum agminum sese ad prælium irritantium uerba exaudirentur, telãq; utrinq; conijcerẽtur. quæ res Brachianum militem, ne latius prædari posset, in ordine continuit, hoste nec facultatem pugnandi, nec ex-

currendi potestatem faciente. Brachius continuo itinere per medium hostilem agrum facto, ad oppidum Fractulam cum exercitu incolumi reuertitur. Illic laudatis pro concione militibus prædam distribuit: continuos deinde complures dies excursionibus factis, locupletatum assidua præda militem, ad sua quæque hyberna dimisit. Perusini ex omnibus partibus infestante hoste, iam non solum ad bellum acrius sentire, sed manifesta premi obsidione uidebantur: quippe superiorem agrum uergentem ad Septentrionem asperum & montosum, qui ad pontem Patulum præsidio erant relictæ, latè & pabulabantur, inferiore qui Torsiano præerant, quique Fractulæ, diripiebant. qua uero pertinet ad Occidentem solem, Castilionum & Monticellum superioribus diebus expugnata, finitimos durissime laceßebant. parua quidem illa oppida, sed libero patentia tractu, & peditum præsidio egregie munita. Cum igitur tantis undique excursionum quasi stimulis uexarentur, non portas egredi, non suburbanos agros uisere audebant: omnia pauore atque metu hæsitantia. Vrbs magna, munita, populosa, semper noctu, nonnunquam interdum portas claudere, totas noctes uigiliæ in armis fieri, plerunque incertum tumultus excitari, concurrere undique in forum cum armis. urgebat præterea inimica plebi fames, quam exusti agri, succisa frumenta, maiorem indies acerbioremque promittebant, & quo minus aderat

speci,

spei, hoc plus formidinis inuadebat: murmura erant  
 uaria Reip. miseriam deplorantium, ciues inter se  
 diuersa sentire, Principes qui erāt ciuitatis, reliquo  
 populo non satisfācere, ipsis frumentum abunde es-  
 se, ceteros quorum maior esset numerus egere, aut  
 carnis sanguine constare: a paucis de industria tra-  
 hi bellum, qui pacem possent uel pecunia, uel alia  
 qua pacis conditione redimere. conductum exerci-  
 tum magis augere famem quā agrum defendere,  
 quas non nullas incensas, quae castella, quos agros  
 non ab hostibus esse direptos dicere. Duces omnes  
 esse superatos, seq; in oppidis timidius quā ipsos  
 oppidanos continere, eosq; ipsos rapinis intolerabi-  
 liores quā hostes esse. illos aperte gerere bellum  
 ut caueri posset, hos quo nihil esset remedij, clam  
 furtis latrocinijq; uexare, & se magis quā ho-  
 stes laceffere, tum non modo pecunias publici era-  
 rij, sed sanguinem populi stipendijs exhaustum esse.  
 hęc palam publiceq; iactabantur, & prope erat, ut  
 nisi alia res auerisset hostem, seditio in ciuitate fie-  
 ret. Per id tempus Camertes, quibus Berardus im-  
 perabat, quum uaria inter se agitarent consilia,  
 magnam domino seditiois rebellioni suae suspicio-  
 nem intecerant: nam illi quoque factionibus acer-  
 rime laborabant, quorū pleriq; uel quod seruire do-  
 mino nō poterant, uel q; alijs imperare cupiebāt, ei-  
 ciedi Berardi cōsiliū cepisse dicebātur. quā suspitio  
 nē augebāt p̄ multa: Insi uenire ad curiā non pare-  
 bant:

bant: noctu per forum armati atq; incermes, ut cuiq; erat libido, grassabantur. nocturnos cœtus, turbulenta conciones facere, deniq; omnia insolenter superbeq; agitare, domini authoritas contemptui habebatur. Veritus igitur Berardus, ne qua tumultuosior orta seditio, imperium ac ciuitatem, & fortasse uitam eriperet, Brachium acciuit ueteri familiaritate officioq; deuinctum, ut est deuinctus, qui non referre magis, quam accumulare debet beneficium, quem Brachius à Ludouico Firmano, quem à Martino Faentino, quem à Fabrianensibus paulo ante defenderat. cum omnibus igitur copijs profectus in Camertes, ut si gratia sedare non posset seditionem, autores ut ciuitate depelleret: urbem placidè amiceq; ingressus est, ac postridie primum singulos allocutus, deinde uniuersos uocatos in concionem, paucis benignè modiceq; castigauit: cuius mihi digna uisa

Oratio Brachij ad Camerinos.

est oratio, quam eius gestis insererem. EQUIDEM (inquit) uiri Camertes, nō tam Berardi gratia, quam periculo permotus uestro, huc ueni: nam illi sepe aliis prodesse poteram, uobis si nunc defuissem, amplius non poteram. IMPERIUM ubi est amissum, recuperari potest aliquando. VBI ciuium animos intestina cædes inuasere, perpetuum est malum, NEC facile sedatur odium, quod per uim atq; iniuriam hominum animos inflammauit: illud in filiorum, illud in nepotum penetrat mentes, nec ulla potest extingui uelustate, ubi semel gladij uis incubuit: neque quā ob-

sistas uerbis, aut moriendum est tibi, aut quod æque  
 miserū est, ciuium tuorum clade uincendū. utrunq;  
 sane calamitosum & miserabile. nam pelli ciuitate,  
 spoliari uita, fortunis, liberis, quid hoc tandem po-  
 test esse miserius? ciues autem tuos ferro interimere,  
 quid hoc magis calamitosum atq; nefarium? Præ-  
 tereo amicos, affines, propinquos, quos ubi offende-  
 ris, metuas necesse est: nec tui erit arbitrij, quos pos-  
 tuisimum offendas, diuersam factionem secuturo. ET  
 PARENTES à liberis ciuili bello sæpe dissenti-  
 unt. atq; ideo ciuile dissidium cætera bella immani-  
 tate uincit, quòd non barbari, non incogniti aut alie-  
 ni uirtute atq; robore, sed tui propinqui, sed quod  
 nescio an arctius est uinculum, ciues tui erunt offen-  
 dendī scelere atq; iniuria. Prætereo illorum ipsorum  
 umbras, quos occideritis, quæ continue uersari uos-  
 bis ante oculos, & magnas in uos concitare furias  
 uidebuntur: quid dicam ultorem Deum, QUI COGI-  
 TATO, nedū perfecto scelere poenas petit. Ille uobis  
 unas ædes, una tēpla, una sepulchra esse uoluit, uos  
 uestros ciues suis in domibus quiescere non sinetis?  
 ruitis in FACTIONES perpetuum & pernicio-  
 sum, etiam ualidis urbibus, malum, quid agitis Ca-  
 mertes? uestram ne uultis exinanire ciuitatem? an  
 quoniam uestrum non capitis, alieno populo moenia  
 complere statuistis? an & hoc quoq; non cernitis,  
 grauiora esse arborib. alieno poma, quā sua? si qui  
 eodem cœlo nati, iisdem orti progenitoribus, iisdem  
 moribus

110 IOAN. ANTO. CAMPANE DE  
moribus instructi sunt, ferre non potestis, quo pacto  
feretis incognitos? Quid existimatis, si factiones &  
ciuili. excitaueritis bella, nū putatis liberos uestros,  
num etiam nepotes esse quieturos? SABRE in ma/  
tris utero latuit, qui paternas iniurias persecutus est.  
nunc etiam quum hæc agitatis, in matrum uiscerib/  
bus, ad inimicitias similtatesq; uestras armanur.  
SVGITVR enim atq; ebibitur cum ipso lacte ciuile  
odium: & ubi semel est degustatum, sanguine atque  
cædibus satiari nunquam potest. Turpe est prædia  
quidem liberis uestris thesaurosq; relinquere, quos  
amittere illi uaria fortuna possint: odijs autem & in/  
imicitijs, quæ deponi non possint, uacuos non relin/  
quere. ponite uobis ante oculos ciuili. belli incom/  
moda, cædes ciuium, eiectiones liberorum, domorum  
incendia, spoliationes agrorum, opum fortunarumq;  
direptiones, nocturnos diurnosq; tumultus: tot me/  
tus, tot pericula, tantas & tam continuas clades, cum  
ita libidine, nulla legibus moderanda. Hæc etiam ei  
possunt displicere qui fecerit, & tamen in incerto  
est, cui belli fortuna arriserit, quæ etiam si secundã se  
ostendat, non poterit esse diuturna: ueluti concussa  
domus, cuius altera pars prior labefactata concidit,  
altera diutius constare non potest: nisi quod AL/  
TIUS cadunt urbes quàm domus. Maiores mei ci/  
uitate fuere ciecli, & me quoq; eadem fortuna uel/  
cauit, quid facere putatis illos ipsos, quorum nos  
maiores eiecerunt? non somnum, non quietem cape/  
re poss

re possunt, accusant parentes atq; auos suos, qui ad  
 hæc se discrimina periculaq; genuerunt: & quæ ipsi  
 non conceperunt, odia atq; inimicitias, ea nunc alere  
 inuiti exercereq; coguntur: qui si etiam dormirent,  
 si quiescerent, si nihil timerent periculi, humanius ta-  
 men putarēt nos domi esse quàm foris. Sed quid hæc  
 cōmemoro? Ego multos annos continuum bellum  
 gero, ut ciues mei domi esse possint: uos uestros suas  
 & uos ipsos uestra tentatis eijcere. Non hæc agimus  
 dicetis. ego quoq; scio uos ista nō agere: HABENT  
 enim summa mala, leuia atq; infirma, nonnunquam  
 etiam honesta principia: et parue radices, in magnas  
 arbores paulatim excreuerunt. nondum eo uentum  
 est, at serpit occulte hoc malum: & ubi semel men-  
 tem inuasit, recidi nullo modo potest: profert sese la-  
 tius, & cuncta ciuitatis uiscera peruagatur. Nunc  
 enitendum est uobis extirpare nondum corroboratā  
 pestē, ne quicq; paulo post, ubi omnium animos occu-  
 pauerit, extirpaturi. Nam quid per Deum immortas-  
 lem uobis habetis: quid queritis, nisi uestra uos ni-  
 mia bona corrumpant? Ciuitatem habetis in primis  
 opulentam, dominum iustum, clementem, magnifi-  
 cum, liberalem. quid ab illo concupistis unquam,  
 quod non statim impetraueritis? Sed hæc omnia per  
 inde sunt, ut quisq; utitur. NAM ubi neq; tuis rebus  
 contentus sis, neque ei pareas, cui leges parere te iu-  
 beant, quid tandem remedij erit Camertes? Copia  
 in fastidium uobis, liberalitas in contemptum uer-  
 sa est,



sa est, nec iusticiam in uobis pati uultis, nec eadem  
 in alijs carere potestis. omnium malorum origo ue/  
 stra simultas est, quam nisi hodie deposueritis, uere/  
 or ne mihi quoq; dolendum sit, qui iam pridem assi/  
 cior uobis. Superiore bello quod cum Ariminen/  
 sium Duce gessistis, quod opem ferre potui, nihil e/  
 quidem cessauit: implorantibus uobis auxilium, do/  
 mestico intermisso bello, cum omni exercitu praesto  
 fui: hostem uestrum aut uici, aut fugauit. Satis mihi  
 tunc quieti esse uidemini, ocio corruptis, & in factio  
 nem euntibus, uereor ne opem ferre non possim: ue/  
 luti INTEMPERANTI agro nulla possunt me/  
 dicamenta conferre. QUA enim in urbe ciuium studia  
 uoluntatesq; dissentunt, eam nulla arma, nulla moe  
 nia tuebuntur. Dicerem hoc mihi satis futurum solatij,  
 quod quotiens de calamitate uestra cogitarem, to/  
 tiens huc me uenisse: praemonuisse, futura haec uobis  
 dixisse recordarer. magnam etiam in parente, nedum  
 in amico solatium. Sed propensior est animus meus  
 in ciuitatem uestram, quam ab hostium propere mani  
 bus eripui, eam a domesticis factionibus defendere,  
 utinam sic possim, ut cupio. Quum uestra moenia,  
 quum uos ipsos intuerer, uidebam nonnulla beneficij  
 mei extare uestigia: quum uero muliercularum mor  
 re, de domestica uenustate contendere uos audirem,  
 interponendam putauit, & gratiam, & authorita/  
 tem meam, ne priora beneficia, uestra interiectione  
 delerentur. Si quid unquam egi pro uobis fortiter,

uiri Camertes, si hostem uestrum iam uobis ad portus imminentem à ceruicibus uestris reppuli, si quæ illi oppida expugnauerant, ea ego in fidem uestram potestatemque reuocaui, oro uos, obtestorq; , ut ista odia, simulate, dissidia, si non saluti uestra, mea saltem gratiæ condonetis : ut quos ego ab hostili seruitute liberaui , gloriari possim à domestica cade, intestinoq; dissidio defendisse. Hæc cū dixisset, ingens populi secutus est clamor, illum amicum illū dominū, illū ciuitatis parentē esse: se uero indignos esse, quos ipse cum olim bello, tum nunc etiam in pace seruasset. Iam eo superbiæ uentum à paucis, ut nullum sui modum, rationemq; haberent, & domino æquari uelle, quos multi ciuium dignitate anteerent: cæterum daret ueniam omnibus, sperare nunquam posthac in eam dementiā redituros : componeret rem, dominum ciuibus, ciues domino reconciliaret: sperare hunc diem, ciuitati populoq; Camerti felicem faustumq; futurum. multis admixta uerbis lacrymæ profluebant. Brachius utendum occasione ratus, dum ciuium animi recenti persuasione tenerentur, totum triduum commoratus, omnes priuatas publicasq; contentiones sustulit. Erat in Brachio non ficta & simulata calliditas orationis, sed grauis nudaq; in dicendo suauitas: non arte, sed natura, nonnihil etiam industria comparata. Nemo iratos hominum animos remissius demulcere, nemo hortari uehementius, ardentiusque excita-

re: in milites blandus, nec tamen rigidus aut tristis  
 in ceteros. Admixta præterea ingens quædam cum  
 bellica seueritate, ciuilibus atque urbana modestia, ut  
 non magis belli militiaeque uersatus esse, quam domi  
 egisse etatem uideretur. His rebus Camerini con-  
 fectis ad oppidum Fractulam reuertitur: productoque  
 ut erat in aciem exercituum, nouas excursions quoti-  
 die facere, hostes, qui eius discessu respirasse ali-  
 quantulum putabantur, multo acrius atque infestius  
 quam antea uexare, ne unus quidem, aut ad sum-  
 mum alter præterire dies, quo non ille ad urbis sese  
 portas cum præda, cum exercitu ostentaret. cum ad  
 Fractulã statim haberentur, Brachio nunciatum est,  
 Gualdum, quod uocant Catanie, opulentum ac nu-  
 nitum Ciccholini oppidum, seditionem fecisse. Re-  
 pente igitur expeditis cohortibus, Gualdum sum-  
 ma cum celeritate est profectus: capto que subita  
 atque improuisa oppugnatione oppido, equites quin-  
 quaginta qui præsidio erant relictis, præda militibus  
 dati, oppidum à direptione seruatum. Nec multo  
 post, Fulginensium tyranno, quatuor milibus nummum  
 acceptis traditum. Interea hostes audita Brachij pro-  
 fectione, speculatores ad Fractulam misere: quod ubi  
 nullo teneri præsidio est nunciatum, parua et expe-  
 dita manu expugnatum ire statuerunt. Ducenti equi-  
 tes erant, quos Perusini ad Papiam oppidum tuen-  
 dum reliquerant, quorum ductor Antonius Neapolita-  
 nus, animo quæ ingenio uastior. ergo, pulcherrimum  
 gestus

gesturi facinus, ad Fractulae moenia peruenerunt. Forte Brachius paulo ante Gualdo reuersus, uix e quo descenderat, cum cognito hostiū aduentu, claudi portas iussit, metū ab oppidanis simulari. ipse interea expeditissimo milite in cohortes distributo, agmina leuissime armature, non procul à porta disponit. hostes rati oppidanos metu liberare, iam scalas ad mouerant muris, turbariq; à stationibus oppidanos conabantur: tum uero apertis portis, subitaq; militū facta magno cum impetu eruptione, hostes ingenti terrore percussi, per oppidi fossas sese precipites dare, fugere, scalas, equosq; deserere, sed à leuiter armatis militibus pleriq; inuasi, capiuntur. Antonius cum quinquaginta equitibus in proximam Tudertinorum confugit arcem, sed à custode in interiorem turrim non receptus, inter extrema & leui fossa tenuiq; muro praecincta munimenta se coniecit, robustioribus duntaxat equis in arcem subductis. hunc cū paucis insecutus Brachius, caetero exercitū paulatim confluente, totam noctem munimenta oppugnauit, pauloq; ante primam lucem, Antonius desperata salute, hosti se permisit. Custos arcis cum dedere quos subduxerat equos recusaret, Brachij iussu emissā clam sagitta, traicitur. quo paulo post mortuo, et turris, et equi, uenere in potestatem. Capti ea profectioe equites quinque & sexaginta. postero die Brachius nulla quiete militib. data, Tyberis pontem, qua iter est ad Asisium, impositamq; ponti turrim

i 2

occupas

occupauit, propius iam infestaturus hæsitantem hostem: nec enim amplius duobus milibus passuum, distabat ab urbe. Quatuor deinde intermissis diebus, duo parua castella proxima Torsiano, in fidem recepit. Marsianum armatu manu proficiscenti, oppidani portas statim aperuere. hæc tanta celeritate conficiebantur, ut hostes neque consilium capere, neque qua parte magis tueri se operteret, scire possent, adeo cuncta Brachij celeritate præueniebantur. Ciuitatem interea uarij metus, uariaq; formidines agitabant, siue propior, siue paulo remotior esset hostis, plus semper periculi incumbere, plus detrimenti capere querebantur. itaque publico inuito consilio, legatos qui significarent, quo in statu essent eorum res, quamque in periculo uersa rētur, simulq; ut subsidiū implorarent, mittendos ad Regē decreuerūt. Acres fuere legatorū querela: post Hetruscum bellum, solos fuisse, quos undiq; bella, rapine, incendiaq; uexassent: finitimos quod cū Rege sensissent infestos esse, magnis hostiū conatibus eripi imperium, nec tā periculosum ipsis, quam Regi turpe esse, suam secutos fidem, suo deditos imperio, nō defendere. Brachium non iam agro, quem totum aut subegerat, aut uastauerat, sed ipsis urbis moenibus imminere. quod si cum finitimis de regno, aut finibus certarent, omnia fuisse passuros, potuisse se urbano tueri præsidio, nunc cum his bellum esse, aduersus quos nihil magis quam ciues extimescerent.

Nec de agro & laude bellica, sed de uita sanguine/  
 que dimicari: nec queri, ut nouo pareant imperio,  
 sed ut omnibus affectu malis, domo & ciuitate pel/  
 lantur, ut prebeant iugulum, denique ut perpetuo  
 patria & uita careant. Rex Legatione accepta,  
 quod de inferendo iterum Hetruscis bello consilium  
 teneret, simul ne deseruisse uectigales, sociosq; uide/  
 retur, Sfortiam, qui paulo ante sub se stipendium fa/  
 cere coeperat, cum aliquot cohortibus, Perusinis au/  
 xilio mittit. sed ante Sfortie aduentum, aliquantum  
 temporis atq; belli intercurrit. Brachius in ditionem  
 accepto Marsiano, commodiorem belli locum nat/  
 etus, cuncta hosti difficiliora faciebat: nam fertile ac  
 munum oppidum, intra primos Perusinorum fines  
 situm, pabulationis frumentationisq; magnam co/  
 piam suggerebat, & quod preterlabente abluitur  
 Nestore flumine, late hostibus minabatur. Inter hæc  
 Carrarie comes, quem Querqueti prasidio diximus  
 impositum, ut ipse quoque egregium aliquod moliri  
 facinus uideretur, Marsianensium agrum excursu/  
 rus, quo tutior procederet res, magnam & bene ar/  
 mata equitum manum, ante oppidi moenia, de tertia  
 uigilia, sub ripa fluminis collocauit: sperans Brachi/  
 um, parua manu occursum praedatoribus uenturum,  
 casurumq; in insidias. sic reliquis copijs late agrum  
 depopulari iussis, ipse cum paucis rei euentum ex/  
 peclabat, aut subsidio uenturus suis, aut palantem  
 effusumq; militem a preda reuocaturus. Igitur

prima luce agrestes, qui partim pecora agebant,  
 partim colebant agros, cum Brachij stituis, tutos se  
 esse arbitrarentur, late diffusi per agrum, ab hosti-  
 bus inuaduntur. tolluntur undique ad coelum cla-  
 mores, nam hostes ut terrori essent, oppidani ut auxi-  
 lium accirent, altissimis uocibus conclamabant. Bra-  
 chius non temerè profectum hostem arbitratus, re-  
 pentè omnibus militibus arma capere iussis, duas co-  
 hortas ad occupandum reditum permittit, ipse cum  
 ceteris copijs in palantes effusissime facit impetum:  
 qui ad ripam fluminis confederant, Brachianis co-  
 hortibus à fronte sese ostenderunt, factoque in eas in-  
 cursu manus conferere coeperunt. Comes ubi conser-  
 tam aciem est conspicatus: ratus eo praelio Brachium  
 implicitum, de superiore statim occurrens loco, suo-  
 rum confirmabat animos: sed interea cohortibus  
 acri animo se defendentibus, milites qui prædatum  
 ierant, uim Brachianorum ferre nequuerunt, dimis-  
 sa præda conuersique in fugam, pars capti sunt,  
 pars sese ad Comitem receperunt. ille cum incolu-  
 mi exercitu se recipere potuisset, quod Brachium  
 praelio adesse existimabat, sperans capere eum pos-  
 se, ultimum belli discrimen adendum constituit.  
 Brachius cognita suorum pugna, partem militum  
 mittit ad occupandum transitum, quo peruenire  
 duæ priores cohortes non poterat, ipse cum reliqua  
 parte copiarum suis iam fessis subsidio uenit, tanto  
 cursu & clamore, ut hostes non expectato impetu,  
 statim

statim in fugam conuerterentur: fugientibus præmissæ cohortes occurrerunt, magnumq; ex his numerum confoderunt. Comes equi pernicitate per medium hostem præteruectus, incognitus euasit. centum quinquaginta equites capti eo prælio referuntur, inter quos Obetium Comitis filium, Brachius magnifice donatum, postero die remisit ad patrem. Perusini, qui iam spe Regij auxilij animos erexerant, confirmato exercitu, ad defendendam Derutam, simulq; ad arcendum hoste exercitum miserunt, oppidum magis situ, sed tamen etiam opera munitum: huic proximum erat castellum, Collempepum uocant incolæ, quod in monte situm Brachius initio belli Perusini ceperat, præsidiumq; imposuerat. Comes in spē potiundi oppidi adductus, sperans incognitam profectioem suam hosti futuram, cum omni exercitu ad Collem oppugnandum contendit: quod ubi Brachio per exploratores est nuntiatum, Tybri magna cum celeritate traiecto, Comitē oppugnationi intentum, à fronte à tergo, à latere simul adortus, graui commissa pugna profligauit. capti equites galeati centum, duo præterea Comitis filij, Obetius, quem superioribus diebus captum dicebamus, & Ardicio natu grandior, quos statim cum muneribus remisit. post hanc pugnam adeo fuere attrita Comitis copia, ut nunquam amplius eo bello, nisi alijs ascitis ducibus in acie prodierint. Dum hæc geruntur Sfortia Perusinis auxilio missus, tertio Cal. Maias in eorum fines peruenit, iunctisq; cum cæteris



teris ducibus copijs, ac hostium sprete paucitate,  
 Marsianum obsidione cinxerunt. Brachius ue-  
 ritus ne hostium potentia conterret, oppidani a se  
 deficerent, omnibus copijs quæ in agro Tuderino  
 hyemauerant ex hybernis deductis, non procul ab  
 oppido posuit castra, aut ab obsidione prohibeaturus  
 hostem, aut totis uiribus belli discrimen aditurus. du-  
 cibus inter se dissentientibus, alij prælium incun-  
 dum, alij soluendam obsidionem censebant. inter  
 hæc Brachius parata atq; instructa acie, ne hosti pu-  
 gnandi facultas deesset, quam æquissimo loco se os-  
 tendit. Duces & ipsi composito agmine ad ripam  
 Tyberis recesserunt, quos ubi fugam magis quam  
 pugnam ornare cognouit, quadrato agmine a tergo  
 insecutus, paucos ex ultimis cecidit. eodemq; serua-  
 to ordine, quum hostes ad alteram fluminis ripam eua-  
 sissent, ipse Marsianum cum uictore exercitu reuertitur.  
 Hæc dum ad Perusiam geruntur, post tantas re-  
 rum fluctuationes, inter summum Pontificem & La-  
 dislaum Regem, confecta tandem pax est, haud sane  
 multum duratura. hæc res Perusinos aliquandiu quie-  
 tiores habuit, sublata bella sunt, sublatae offensiones,  
 quum Perusini sub Regis essent imperio, & Brachi-  
 us Pontificem pacis belliq; autorem sequeretur. Ni-  
 hil exulibus quidem incommodius accidere potuis-  
 set, ciuibus autem nihil magis in tempore atq; utilius  
 euenire: Duces ueluti, exercitus profligati, uel status  
 æger, incensæ uilla, oppida partim sua sponte dedita,

partim

partim ui expugnata : ciues publice priuatimq; per  
 cunijs exinaniti, annonæ ingens caritas, ingentior  
 fames, atq; ex hoc ipso bello nata dissidia. hæc om-  
 nia inuaserant ciuitatem, nisi subita pax interuenis-  
 set, paulo post perituram. Per id tempus Pontifex  
 Romæ compositis rebus, Bononiam recipiendæ ur-  
 bis gratia proficiscitur. Brachius sequi Pontificem  
 iussus, Fraclulæ cæterisq; castellis, quantum satis es-  
 set præsidij disposuit. ad Pontem Patulum Iacobum  
 Archipresbyterum clarum domi ac militia uirum,  
 præsidio reliquit, cætera oppida sub Berardi Camer-  
 tium Tyrani tutela atq; imperio esse iussit: ipse cum  
 octingentis equitibus, paucisq; peditibus, qui præsi-  
 dijs disponēdis superfuerant, Bononiam uersus con-  
 tendit. Ariminenses & Fauentini Camertium bello  
 laccßiti, transitum per suos fines facere prohibitus-  
 ri, quingentos equites & tria peditum milia, colle-  
 ctam agris & insuetam bello manum ad iter atque  
 aditus omnes intercludendos, transeunti opposuē-  
 re: iussos si arcere aliter non possent, manu belloq;  
 decernerent. Ventum erat ad Fauentinorum amnē,  
 Canalem accolæ uocant, quum ex aduersa fluminis  
 parte, crebræ militum stationes secundum ripam di-  
 spositæ uidebantur. post ubi paulum progressum est,  
 pontem quoque inueniunt occupatum: iam hostes  
 non solum infesta direxerant tela, sed ad impediē-  
 dum pontem, ingentem uim trabium tabularumq;  
 conuexerant. Hic Brachiani equites nouo exorto  
 bello.

bello indignabundi, quum impetum facere in pon-  
 tem uellent, plerique confodiuntur, peditesq; temerè  
 inuadentes hostem, pars multis acceptis uulneribus  
 repelluntur, pars in ipso ponte iniectis quàm latissi-  
 me catenis interclusi, capiuntur: Andreas Campa-  
 nus peditem centurio, cum quinque & uiginti mi-  
 litibus ab hoste correptus. Brachius ubi uidet iniqui-  
 tatem loci, nihil aliud suis quàm cladem afferre pos-  
 se, milites à pugna reuocauit, eosq; leuiter increpas-  
 tos, docet **N I H I L** praeliantibus incommodius esse,  
 quàm iniquo loco praeliari. Nocte interueniente ad  
 proximas uillas reduxit exercitum, militibus deinde  
 imperat, ut noctis usi beneficio, alij quàm longissi-  
 mas possent trabes, roboraq; succiderent, alij succis-  
 sa ad superiorem fluminis ripam comportarēt: duo  
 milia passuum procul à ponte ipse cum paucis, ne  
 quid hostes perciperent, longo atque obliquo inter-  
 uallo segreßus, quasi aliud acturus, quo materiam  
 comportauerunt milites proficiscitur, latissimoq;  
 structo ponte, supra Canalem ex aduerso extendi  
 iubet. mox reuersus ad suos, fortissimum quenq; præ-  
 mittit equitem, qui ponte occupato, totius militis ad-  
 uentum expectaret. Quos ubi eo peruenisse cognos-  
 uit, uix prima expectata luce, signum militibus dat,  
 per fluminis ripam incedendi. Hostes ubi moueri  
 copias, ac sursum tendere uiderunt, ipsi quoq; per  
 aduersam ripam quadrato agmine insequabantur:  
 et Brachius quod prior in expeditionem mouerat  
 exercitum,

exercitum, quum hostes uix medium confecissent i-  
 iter, flumen cum omni equitatu peditatuq; traiecer-  
 rat, grauisimo commisso praelio, Fauentini dedere  
 terga. Hæc pugna aliquanto cruentior est habita,  
 quam quibus ætate nostra uti solent: Causam qui-  
 dem fuisse ferunt militum iram, indignantium transi-  
 tu se ad alienas terras, ne belli quidem tempore esse  
 prohibitos: ego uero non parum cause fuisse arbi-  
 tror, inermium hostium stolidum conatum. Agre-  
 stes erant imperiti militaris rei, quos non uirtus bel-  
 lica, aut animi magnitudo, sed temeraria multitudi-  
 nis emulatio, domo ad bellum exciuisset: itaq; pas-  
 sim aut inermes, aut ad summum loricati cædeban-  
 tur, nec tamen militis iram auxisse cædem negaue-  
 rim, quem tradunt agrestium sanguine perfusum,  
 uix inhibente Imperatore, contineri à strage potuisse  
 se. Cecidere pedites centum quinquaginta, trecenti  
 capti, equites cæsi perpauci, capti ducenti referun-  
 tur. His rebus ad Fauentiam gestis, Brachius ma-  
 gnis itineribus Bononiam contendebat, eunti Michi  
 lectus Cotignolanus pari equitatu, peditatu multo  
 maiore processit obuiam, animo militis, ducisq; diri-  
 piendi. Brachius ueritus, ne miles re improuisa mo-  
 ueretur, paucis hortatus est, ut pristina uirtutis me-  
 minissent, neq; hostiũ magnitudo terreret animos,  
 quorum plerosq; imperitos esse rei militaris, ma-  
 gnãq; partem ex proximis castellis ad se diripi-  
 endos concitatam, plus illam prædæ quam belli  
 importat

224 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
importaturam. pugnarent acri animo, & primum  
quenq; inuaderent, perumprent magna ui in ho-  
stium equitatum, nō dubitare, pedites primo statim  
impetu fugituros. Hostis quoq; hortabatur suos, in-  
gentem gloriam atq; prædam esse paratam, Brachia-  
num militem recenti & diuturno bello locupletat-  
um, præda honestum esse, facile paucos iinere de-  
fessos, à pluribus integris circumueniri ac uinci pos-  
se. Hæc & similia quæ utriq; Duci ad hortandos  
suos occurrere, dicebantur. Igitur inter Imolam &  
castellum Bononiense congressi, prælium collatis si-  
gnis inierunt. Pugnatum est aliquot cōtinuis horis,  
neq; enim de controuersia Ducum, sed de militum  
prædæ, communiq; gloria certabatur: tandem instan-  
te Brachio & ardentissime excitante militem, hos-  
tes se in fugam perturbatis ordinibus cōuerterunt.  
Captus Dux, capti equites quadringenti, multum  
gloriæ, nec minus prædæ uictoribus attulerunt. Bra-  
chius duplici uictoriæ prædæq; potitus, Bononiam  
peruenit. Eius aduentu Pontifex quod satis iam ui-  
deretur habere uirium, multa de constituenda ciui-  
tate ac confirmadis ciuiū animis agere coepit, nam  
ante id tempus factiosos & diuturna licentia corru-  
ptos, attingere ausus non erat, ueritus ne quid sedis-  
tionis aut tumultus excitaretur, quod futurū neces-  
se erat ubi diuturna licentia, summam impa-  
tientiam peperisset. Brachio urbem ingresso, ciues  
magis uereri Pontificem, modestiam & equitatem  
ucri,

tueri, deniq; boni libertatē cognoscere, improbi de/  
 tractatū diu subire iugū cœperunt. Hæc dum ad Bo/  
 noniam geruntur, Paulus Ursinus Romane defectio/  
 nis autor, quum & ipse à Rege defecisset, Sfortia &  
 Malatesta ad eū persequendū missis, à Rege ad Roc/  
 cham Contractam persugit, receptū in arcem, regis  
 exercitus obsidebat. Oppidum editissimo in monte si/  
 tum, ascēsu perdifficili atq; arduo, ab omni erat op/  
 pugnatione tutissimū, quod ut primū omnium in Bra/  
 chij uenerat potestatem, ita in eius fide q̄ longissimè  
 mansit. Tris menses obsidio processerat, oppidani  
 obsesti, longè minus quam qui obsidebant defatiga/  
 ti, assiduā immanium saxorum molem deiciebant,  
 quibus præcipiti saltu decurrētibus pleriq; hostium  
 conterebantur: nec iam ipsis montis radicib. statio/  
 nes tutē habere poterant, sed aliquo interiecto spa/  
 cio tendere, ad multam planiciē tentoria erant coa/  
 cti. Quippe tum supernè deuoluta saxa, cum suo de/  
 cursu, tum prærupti montis asperis præcipitijs con/  
 citata, non statim sistebant impetū, sed ubi ad plani/  
 ciem erant delapsa, ingenti per campos saltu rapie/  
 bantur. Brachius obsidione audita, succurrendū su/  
 is omni abiecta cunctatione decreuit, nec inuito qui/  
 dem Pontifice. Igitur quanto maximo poterat coa/  
 cto exercitu, primum ad Cesenæ portum procurrat,  
 hic omni excursu populatoq; agro, surgentem me/  
 dio in portu arcem expugnauit, capta Caroli Mala/  
 testa concubina, quam ille tyrannicæ libidinis di/  
 uersorium,

226 IOAN. ANTŌ. CAMPANI DE  
 uersorium, clam uxore in arcem abduxerat, diruta  
 statim atq; incensa arce, omnem maritimam oram  
 excurrit: tantum pecorum atque hominum in præ  
 dam actum, ut nisi, qui ea die atque his rebus inter  
 fuere, alij crederem nemini. Pro omni præda octo  
 ginta milia nummum accepta, pecunia pleraque  
 uirum militibus distributa, reliqua imperator  
 is fuit. Brachius magnitudine prædæ  
 †demoratus, Bononiensem in agrum  
 reduxit exercitum.

ditatus

IOANNIS ANTONII  
 EPISCOPI APRVTINI, DE VITA  
 ET GESTIS ANDREAE BRACHII  
 Perusini, Italicæ militiæ Imperatoris olim  
 Strenuissimi, Liber tertius.



SCVTVM est deinde  
 Hetruscum bellum, primum  
 cum Rege, mox aduersus  
 Perusinos gestum. Sed mihi  
 eam tempestatem, qualem à  
 patribus accepi cogitanti,  
 omnia diuina atq; humana  
 promiscue tunc exercita, uexataq; uidentur. Rex  
 potentissimus, animo uasto magis quam magno, Ita  
 lie cunctæ imminebat, nec tam quid ad sua spectat  
 ret iura, quam quid rapere posset uersabat animo.  
 Pontificem sacratissima domo expulerat, ipse nefas  
 ria manus

ria manu Romanum inuaserat imperium, Senen-  
 ses laceſiuerat, Florentinis totis uiribus mouerat  
 bellum, Cortonenses fraude subegerat, Perusinos re-  
 ceperat in potestatem, Roma pulsus, uicto proſtiga-  
 toq; exercitu, ad intima Regni ſui refugerat: facta  
 deinde pace, nouos apparatus bellicos moliri, rur-  
 ſus immortalium numinum ſedibus inhiare, deniq;  
 iure atq; iniuria cuncta infeſtatum, direptumq; ueni-  
 re nunciabatur. ergo nouo & maiore comparato  
 exercitu, rupto ſœdere. contra dei Opt. Max. phana-  
 ſimulachraq; geſturus bellum, Romam iterũ inua-  
 dit, urbe ſibi atq; imperio exorto, nõ deſunt, qui pa- uidetur hic  
 uiſſe ad altaria ſacrarũ adium equos tradant. Mox deeſſe ali-  
 Viterbiũ eodem illo exercitu n. ſario contendens, ci quid, ut ſub  
 uitate eſt potitus. Sed ne cum ſolis numinibus gerere iccta, aut lo-  
 bellũ uideretur, Fabriciũ Campanum, cum parte co co ſibi, ſub/  
 piarũ in fines Peruſinorũ præmittit, eiq; imperat, ut iccta reſti-  
 qua oppida ad Brachiũ deſceſſent, ea in Peruſino tuendum  
 rum redigeret potestatẽ: ille, ut erat imperatũ, primũ puto.  
 Torſianũ expugnare aggreſſus, oppidanos præliũ  
 non expectantes recepit in fidẽ. Proxima deinde ca-  
 ſtella, pars ui expugnata direptaq; ſunt, pars ſitu mu-  
 nitiora ſua ſponte deditiõẽ fecere. Vltimũ reſtabat  
 omnium lõe difficillimũ, ut Pontẽ Patulũ, quod uali-  
 diſſimo ſidiſſimoq; tenebatur præſidio, & præterea  
 Marſianũ reciperet. his captis, nihil fuiſſet reliquũ,  
 quominus omnem agrum ciuiũ imperio ſubegiſſet.  
 quũq; omni ad Pontem tradueto exercitu, magnoq;



ciuium habito delectu, oppidum obsidere ex utraq;  
 ripa fluminis statuerunt. Hæc ubi Brachio sunt nun-  
 ciata, ueritus, ne qui præsidio erant relictæ, diuturna  
 obsidione, frumentiq; egestate fatigati, ab hostibus  
 caperentur: tum quòd obsideri adhuc Paulum Vrsi-  
 num intelligebat, Bononia discedens, magnis factis  
 itineribus, peruenit ad Burgũ. Nocte sequenti, cum  
 parte copiarũ profectus ad Montonum, arce per op-  
 pidanos proditæ, oppidum cepit. inde suum aduen-  
 tum Paulo significat, & quid uterq; facturus sit o-  
 stendit. dicta dies, dicta hora, qua eruptionem Pau-  
 lus faceret. addit, se Eugubium non procul ab illo de-  
 cem milia passuum profecturũ, existimare tamen ho-  
 stes, cognito eius aduentu, obuiam ituros, quod si fa-  
 cerent, nihil ipse amplius post auersum hostem solu-  
 tamq; obsidionem expectaret, sed data euadendi oc-  
 casione, in sua castra concederet: sin hostes in obsi-  
 dione persisterent, se eorum castra inuasurum, præ-  
 liumq; commissurũ: ipse supernè cum suis impetũ in-  
 subiectos faceret. Sed quũ hostes audito Brachij ad-  
 uentu obuiã pfecti ab obsidione discessissent, Paulus  
 ut erat monstratũ, aspero saltu soq; itinere ad Bra-  
 chij castra penetrauit. post iuctas duorũ ducũ copi-  
 as, hostibus uisum est nouum consiliũ capiendũ, qui-  
 etsi militũ numero superiores erãt, plus tamè ex uir-  
 tute aliena terroris, q̄ ex suorũ multitudine animi ca-  
 prebãt. Eorũ exercitus erãt duo, alter ad obsidendũ  
 Pontè aliquot iã nequequã triuerat menses, alter què  
 primum

primum Paulum obsedisse, deinde in Brachium con-  
 uersum dicebamus. Sed ueriti ne partita copie oppri-  
 mi, ac deleri possent, ad Pontem altero ducto exerci-  
 tu, copias & ipsi coniungere. Fuere in hostium exer-  
 citu equitum quatuor milia, pedites octingenti. Bra-  
 chius duo milia equitum, paucosq; pedites in castris  
 habebat, qui quanto numero erat inferior, tanto mi-  
 litum uirtute prestabat: hostium pleriq; tyrones. Bra-  
 chiani ueterani omnes: illi ornatu equorum, hi armo-  
 rum nitore fulgebant: illos regia purpura, auro atq;  
 argento distincta uenerandos, hos ingentes haste,  
 præacuta expeditaq; tela formidandos faciebant. de-  
 niq; illis emolliti domesticis delicijs animi ferri aciem  
 expauescebant: Brachianis durata sole, uentoque &  
 assueta uulneribus corpora, ne ictus quidem gladio-  
 rum formidabant. hoc milite, non dubitabat uel in  
 quo loco pugnam maiore cum hoste committere: ille  
 ad nutum Ducis, uno momento currere, recipere se-  
 se, nunc a fronte inuadere hostem, nunc a tergo ce-  
 dere perdidicerat. & quo Ducis oculi non perue-  
 nissent, ipse sibi moderari, seruare ordinem, locum  
 æquum iniquumq; dignoscere, imperatoris gloriæ  
 quam suæ prædæ auidior. nam illud quoq; constat in  
 militibus deligendis singulari usum diligentia, nec  
 magnos aut proceros, ne quod dicere solebat, equos  
 nimio fatigarent pondere, sed breues & infra medi-  
 cres, robustos tamen ac bonæ habitudinis conduce-  
 re libentius consueisse, maxime omnium quos ad-  
 uersa

aduersa fronte cicatrices, & deformata plagis, ac  
uulneribus membra insignia bellica uirtutis nota-  
rent. Igitur hostibus in Ponte obsidione praestanti-  
bus, Brachius saepe cū Paulo egisse dicitur, ut incau-  
tos improuisosq; aggredierentur, quem quum suam  
in sententiam flectere non potuisset, Tudertum unā  
profecti, agrum Perusinum saepe aliis uastatum, no-  
uo bello diripere uexareq; coeperunt. Nec multis  
post diebus, Paulus ad Urbem ueterem cum suis co-  
pijs est profectus. Brachius in agro Tudertino sta-  
tius quum haberet, Castellum Leonis, quod ad hos-  
tes paulo ante defecerat, subita ui expugnatum, mi-  
liti diripiendum concessit. mox deinde quo pro-  
pinquiore metu sollicitaret hostem, Marsianum,  
quod in fide permansisse dicebamus, contendit. Hic  
noui belli telis, ueteres Perusinorum cicatrices ex-  
ulcerari coepte, ager longē populari, oppida plera-  
que diurna ui, quaedam etiam nocturna fraude de-  
bellari: denique ex omnibus locis praede ageban-  
tur. His rebus perterriti Perusini, soluta Pontis ob-  
sidione, ad finitimum hostis agrum exercitum pro-  
mouerunt, ut uel multi cum paucis aperto decerne-  
rent bello, uel ut clam depopulatores (ut fit) inter-  
ceptos, rapinis excursionibusq; prohiberent. Ad-  
uentu hostium, Brachius quod eius copias Pauli dis-  
cessu, plus quā dimidio impares uidebat, intra op-  
pidum militem continebat, nihil magis quā apertū  
fugiens bellum: hostes quoq; nisi quā aquisimo  
loco

loco, magnificè detrectabant pugnam, quorum ni-  
 mis cauto metu cognito, paulatim lassare militem  
 cepit, & nunc à laeva, nunc à dextra per occultos  
 tramites subitas excursiones facere, tanta celeritate  
 nonnunquā, ut intra primas hostiū stationes irrum-  
 perent, & prius quā arma capere illi possent, sese  
 incolumes cū praeda reciperent. Adventu deinde hye-  
 mis, utrinq; ad hyberna subductus exercitus, sed nec  
 hyeme semper quies militibus fuit. Plerūq; leuia cō-  
 missa praelia, nonnunquā peditum factæ excursiones  
 ciuitatē sollicitā habuere. Interea Perusini ueriti ne  
 aduentu aestatis, hostiū copie auferentur, milite un-  
 diq; conducere, nouasq; auctiones facere decreue-  
 rūt. Paulus Vrsinus magnis promissis sollicitatus à  
 Rege, partē exercitus auxilio his misit, ipse Regis ad-  
 uentu expectato, sepe Brachium clā aperte uē magis  
 quā hostē laceſſebat, adeo statim tā præclarum ex-  
 ciderat beneficium. Dum tot belli apparatus ageren-  
 tur, profectus in Tudertinos Brachius, militibus noi-  
 ui anni stipendium dedit, non expectato Regis ad-  
 uentu, quē mira fama præcesserat, uiginti equitum,  
 octo peditum milia in exercitu habere, tanta mole  
 belli Pontificem inuasurum, quanta nuper Hetrusco  
 bello reiectum. Tudertini qui Pontificis fidem se-  
 quebantur, quanquam situ et loci natura muniti,  
 timē quod ciuitas est factiosa, Brachio cū omni exer-  
 citu in urbē recepto, Regis ingentē procellā specta-  
 bant, rati quod erat futurū, magnos illū facturū cona-  
 tus, ut media inter Romā Perusiāq; urbe potiretur.

Igitur Rex aduentu suo proximis urbi collibus ac  
 uallibus occupatis, urbem cinxit obsidione, si ferro  
 expugnare non posset, fame domiturus. Brachius  
 quanquam superiore loco facere potuisset in subiectos  
 impetum, cognita tamen suorum paucitate,  
 primum intra moenia se continebat: mox crebra  
 facta eruptione, sic infestabat hostem, ut non tam  
 obsidio illa, quam pugna uideretur. Iam & militibus  
 creuerant animi, ut nonnunquam facto impetu ad  
 Regis usque tentorium penetrarent, & hostes pro-  
 cul ab oppido stationes ponere, ac sese uallo munire  
 cogerentur: sed multitudine freti, alij excurrebant  
 agrum, alij uillas incendebant, alij aedificia subur-  
 bana diruebant. erant qui uineta oliuetaq; succide-  
 rent. Quae quum ante ciuium fierent oculos, unum  
 quenque sua tangebant incommoda: sed quum pro-  
 ximas urbi plantulas, passim arbustis euelli conspi-  
 carentur, tunc demum maximo affecti desiderio,  
 consilium dedendae urbis inierunt: mittuntur ad Re-  
 gem ciuitatis principes, qui pacis conditionem, de-  
 ditionisq; deferrent. Inprimis legati postulauerunt, ut  
 Brachio cum omni exercitu, quo uideretur abeundi  
 potestas esset. eam conditionem libenter repudiasset  
 Rex, sed instantibus legatis, et regiam fide ac dextram  
 implorantibus, uix quidem, sed tandem est recepta.  
 statim ad urbem recipiendam quingenti pedites mis-  
 si sunt. Brachius facta potestate abeundi cum exerci-  
 tu, ad oppidum Fractulam se contulit. Sed quum pedi-  
 tes

Res à Rege missi civitatem furtis, rapinisq; uexarent,  
 additaq; temeritati licentia, domos alienas clam no/  
 flu diriperent, cunctaq; more militari libidine ac ui/  
 uulgo miscerentur, ciues pœnitentia adducti, rursus  
 ad Pontificem defecere, uocatoq; ad defendendam  
 urbem Brachio, Regijs deiectis signis, Pontificis ue/  
 xilla sustulere. Cinguntur ergo noua obsidione Tu/  
 dertini. Qua die hæc acta sunt, Rex missa suorum  
 manu, aliquot equites Brachianos qui pabulatum  
 in subiecta prata exierant, ducentos præterea qui er/  
 rant in pabulis equos corripuit. proxima nocte Bra/  
 chius militibus arma capere iussis, de prima uigilia  
 egressus urbem, tanto impetu hostem inuasit, ut mu/  
 nitionum effractis repagulis, deturbatisq; statione ui/  
 gilibus, uallum transiliret, milites somno excitati,  
 quum ad arma concurrerent, extra munimenta capiti,  
 uinctiq; trahebatur. quatuor equestris ordinis uiri,  
 qui Regijs præerant signis, dum ad Regis tabernacu/  
 lum armati festinarent, capti, atq; in urbem subducti  
 sunt. Brachius ubi hostes armadi sui spacium nactos,  
 prodire in aciem uidet. ueritus ne multitudine circum/  
 uetus caperetur, signum receptui dedit. nihil hac eru/  
 ptione inter tot gesta magnificentius. Rex ipse ad ur/  
 bis portas insecutus, signatorum suam opem implo/  
 rantium audiebat uocem, qui tamen tanto impetu  
 per collium iuga trahebantur, ut quum Rex ad eos  
 se crederet peruenisse. multo interuallo reclamantes  
 exaudiret: in urbem subductos, spoliare iam coepe

rat in obscuro miles, mox admoto lumine reuerentia  
 retardauit. uestes erant multo intertextæ auro, calca  
 ria quoq; aurea pedibus interniebant, loricae galeæ  
 æq; aureis limbis cristatæ aspiciabantur, nec equi  
 quidem humilius erant adornati: phalerae, sella, lora  
 densissimo & ipsa interlucebant auro. Brachius Si  
 gnarios ad se uenire iussos, perbenigne humaneq;  
 accepit. postero die, quos redimere belli iure potuis  
 set, prima statim luce remisit ad Regem. detracti sunt  
 ea nocte ex hostium stationibus equi septuaginta.  
 Fertur Regem à Signarijs sæpe de Brachio diligentis  
 sime percontatum, cuius quum illi mirum in modum  
 commendassent & humanitatem et magnitudinem  
 animi, misisse statim caducea:orem, qui gratias age  
 ret Regis nomine. Postero die leui commisso prælio  
 cum captus esset à Regio comitatu, Brachianus mi  
 les suo Duci inprimis charus, purpurea ueste dona  
 tum, remisisse, dixisseq; Cupere se uehementer cum  
 Brachio colloqui. Erant inter duas acies, præter ual  
 lum & fossam, intexta frequenti trabe munimenta  
 hinc atq; hinc armati milites occurrentibus inter se  
 gladijs ac telis consistebant, alteri perumpere trabi  
 um obstacula, defendere alteri, atq; hostem arcere co  
 nantes. Hic miles Ducem proxime accedens, Re  
 gis pertulit mandata, ipsumq; ex altera ualli parte  
 dimicantem ostendit. tum Brachius, I tu (inquit) &  
 Regi si quid me uult, hic esse dicito: illo ad munitio  
 nem appropinquante, Brachius galea statim sublata  
 dete/

detecto capite, gladioq; procul abiecto, equo descendit, deflexoq; ad terram poplite, regio more salutavit. Tum ambo ad leuam secedentes, militibus non procul inde pugnantis collocuti sunt: loquentes interiecta & trabibus munita fossa dirimebat. Rex si secum stipendia facere uellet, trecenta milia numum, & totius exercitus imperium obtulit. adiecit præter unam Neapolim, quam mallet urbem suo in Regno deligeret, nihil se denegaturum. Hoc per suam dextram, per Regiam fidem maiestatemq; polliceri. Brachius primum gratias egit Regi, qui se priuatum atque infimæ fortunæ hominem alloqui esset dignatus. Adiecit deinde, sic se institutum esse, quibus parendum fuisset, quorum sequeretur stipendia ei se fidem pure integreq; seruare didicisse: nunc sub Pontifice stipendium facere, quo perdurante, etiamsi moriendum esset in fide mansurum: non precio, non amore, non metu aut periculo defecturum.

NIHIL sibi fide esse præstantius. ceterum si priuato officio conferre quicquam Regio posset fastigio, eodem pacto restitutum esse, si nulla in re offensa præstiteret Pontificis dignitatem. Eius compicto stipendium se dedit, si Regi ac sibi commodum uideretur, illius maiestati eadem fide, qua nunc Pontifici pariturum. His utrinque dictis, Rex eius laudato proposito, amiceq; multa pollicitus, colloquio discessit. prælium fortius est instauratum, utroque ardentius suum militem excitante. sed nec perumpere munimenta



potuit Rex, popularibus etiam crebra sagitta repel-  
 lentibus. sic quatuor & viginti diebus, nequicquam  
 in obsidione consumptis, exercitum mouit. nec mul-  
 tis post diebus pace cum Florentinis facta, capto Pau-  
 lo Ursino, atq; in uincula coniecto, Romam primū,  
 mox in Regnum reuersus moritur. Rege mortuo, ma-  
 gne per omnem Italiam sublatae formidines, quietio  
 Melius: ra tempora secuta sunt. †habere se iam Hetruria coe-  
 pit, tam recidiua & diuturna belli peste uexata. In-  
 ter hæc Pontifex ad consilium uocatus, ne uacuum  
 presidio prouinciam relinqueret, Brachio per lites-  
 ras edicit, ut maturè cum omnibus copijs Bononiam  
 pergat. ille ut erat imperatum, biuo ad sese paran-  
 dos militibus dato, profectioem quàm ocyssime ac-  
 celerandam curat. lustrato militari more exercitu,  
 per agrum Clusinum iter facit. Omni agro Cocchus  
 Senensis, Vir domi nobilis imperabat. hunc ferunt  
 anno ante eam profectioem, quum ne suspitio qui-  
 dem belli intercessisset, quadraginta equos, qui per  
 suos fines iter faciebant, Brachio nihil tale metuenti  
 eripuisse: eam ob rem Brachiū uastato agro, aliquot  
 etiam direptis castellis, non prius finibus discessisse,  
 quàm triginta milia nummūm extorsisset à Coccho-  
 ubi Bononiam est uentum, relicto procul ab urbe ex-  
 exercitu, ad Pontificem salutandi gratia concessit. Du-  
 plex est hic, et quidem diuersa fama, alij Pontificem  
 de capiendo Brachio cogitasse dicunt: causas uero  
 capiendi fuisse duas. alteram Pontificis auaritiam,  
 qui

qui quum octoginta milia nummum Brachio è me-  
 rito stipendio deberet, ne pecuniam soluere cogere-  
 tur, interficiendum curasse: alteram imperij auidita-  
 tem: quippè Perusini mortuo Rege, quum de statu  
 atq; imperio dubitarent, Pontificem in rem dictu ne-  
 farum sollicitasse ferebantur, polliciti, si Brachium  
 interimeret, ciuitatem daturus. quam rem quum ex  
 Pontificis quæstore rescuisset, ueritum ne si palam  
 cum omni comitatu portas urbis egredi properas-  
 set, à præfectis uigilū prohibitus caperetur, aliquos  
 præmississe milites, qui exeuntem exciperent, præ-  
 stoq; cum equis uelocissimis essent, ipsum urbis lu-  
 stratione, & quibusdā in locis reflectione moeniū si-  
 mudata, cū aliquot ciuib. pererrata Vrbe, pedetētim  
 uenisse ad portas: inde paulatim progressum, excep-  
 ptū à suis, cōscēdisse equū, subitoq; ad exercitiū sum-  
 ma cū celeritate confugisse, quædā deinde proxima  
 cepisse castella, nec prius quā acceptis octoginta mi-  
 libus nummūm, restituere uoluisse: postea uerò Pon-  
 tifici reconciliatum, ad custodiendam urbem, exi-  
 gendaq; uectigalia esse reuersum. Alij negant Pon-  
 tificem quicquam de capiendo cogitasse, affirmant  
 tamen, ab Hetruria in Galliam accitum: acciundi  
 causam non aliam fuisse, nisi quòd Pontifex ad con-  
 siliū accersitus, non putabat urbem factionibus  
 & ciuili dissidio laborantem, sine fido præsidio re-  
 linquendum, nec quenquam illi fideliozem quàm  
 Brachium usum, cui statim in Galliam projecto,

138 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
urbem atq; arcem tuendam dedisse, proximaq; ur-  
bi oppida in fide retinenda, exigenda omnis Gallie  
uectigalia: deniq; ciuium curam, ante Pontificis dis-  
cessum omnem in eum esse reiectam. Illum cum Pō-  
tifice dies noctesq; uersatum, illum quotidie sine co-  
mite, sine armis ad cubiculum intronissum, Pontifi-  
ce discedente, urbis præsidio esse relictum. Non uir-  
deri uerisimile, summum Pontificem innocentiissi-  
mi, & de se optime meriti uiri sanguinem uendere  
communis hosti uoluisse. Hæc magis animum indu-  
cunt ut assentiar, tametsi, IMPERANDI cupiditas  
animos mortalium plerunq; præcipites agit, ut non  
tam quid liceat, quam quid libeat soleant cogitare.  
Vtra fama sit uerior ne illi quidem satis cōueniunt,  
qui interfuere: hoc utriq; affirmant, post Pontificis  
profectionem, Bononienses, Brachij imperio totius  
ciuitatis consensu paruissse, atq; illi finitimorum tri-  
buta, illi urbana uectigalia persoluta esse. Igitur ci-  
uitatis gubernatione suscepta, cum ad alios multos,  
tum imprimis ad Foroliuenses legatos, qui uectigalia  
peterent misit. illis recusantibus, exercitum agro ad-  
mouit, crebrisq; factis excursionibus, incredibile di-  
ctu est, quantum pecorum, quantum hominum in  
præda sit auersum. Ferunt sexcenta carra frumento  
onerata, & ex his pleraq; cum aurigis, cum bobus  
una excursionem esse correpta. Hæc re irritatis Foroli-  
uensium animis, mittendos ad conducendum Cras-  
sum Venusinum Legatos, tuendos que fines suos a  
bello

bello statuerunt. Crassus magnis coactis copijs, qua  
 die Brachius exercitū ad populandū iterum agrum  
 dimiserat, infesto agmine palanem militem est ador  
 tus: uix Brachianus miles a fuga retentus est, nec si  
 ne summa ducis prudentia, qui quaecunque euenire  
 possent, omnia tanquam uentura cogitauerat. Equi  
 tatu enim in duas diuiso partes, alteram leuium ar  
 matorum praedatum uagē fuscq; dimiserat, alteram  
 delectissimorum equitum subsidio relictam, unde la  
 tus esset prospectus collocauerat: hęc Crassum in  
 expeditos temerē inconsulteq; crassantem circunue  
 nit. qui graui commisso praelio, uix cum paucis, ui  
 flus profligatusq; cuasit. Brachius ducentis captis  
 equitibus, omnem equitatum peditatumq; ad maior  
 rem cogendam praedam, quam latissime atq; effusis  
 sime iubet excurrere. Quadringenti agrestes ea die  
 capti referuntur. Militibus & qui equis, & qui pe  
 dibus militabant, liberē usquequaq; populantibus  
 diripientibusq; omnia, ut quos nec hostis, nec me  
 tus uicto hoste deterreret. Postero die cum omnibus  
 copijs in agrum Rauennatem, qui Forliuensium di  
 tionis erant, paulo ante ortum solem profectus est:  
 hic praede actum est, quantum superiore die in For  
 liuensium agro. His rebus attriti Forliuenses, lega  
 tos qui & uectigalia persoluerent, & redēpta duo  
 decim milibus nummū praeda, pacem postularēt, ad  
 Brachium misere. Data postulantibus pax est. His  
 rebz.

140 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
rebus gestis Brachius, qui nihil magis quam militum  
quietem atq; ocium fugiebat, longa expeditione exer  
cere suos constituit. conuocato ex omnibus parti  
bus milite, paucisq; diebus ad quietem datis, pri  
mum Fanum, deinde Ariminensium, Pisauriensi  
umq; fines incredibili celeritate peruolauit, tripliciq;  
structa acie, prima Fanensem, altera Arriminensem,  
tertia Pisauriensem agrum eadem die, eodem impe  
tu excurrit, omnibusq; imperat, ut Pisaurum uersus,  
quo ipse cum tertia parte copiarum penetrauerat,  
praedam agant. ut erat imperatum, ita milites fecere,  
cuncta undiq; depopulata mariitima ora ingentiq;  
coacta praeda in Pisauriensem fines conuenerunt.  
Tum Brachius, quod per media hostium oppida re  
deundum cum praeda erat, aciem omnem in tria cons  
fertissima partiur agmina. Ex his duo praedam an  
teire, reliquum subsequi iubet, paucis praemissis ex  
peditis milibus, qui iter explorarent. Quum in fi  
nes Arriminensium uentum esset, Pandulfus Malate  
sta, cum octingentis equitibus a fronte se ostendit,  
qui per superiores a latere incedens colles, praelio  
quidem abstinuit, sed praeda imminens, nunquam  
inde flectebat oculos, suorum fortunam & calamita  
tem miseratus, quibus praesens atque uidens, tam ex  
pectatam opem ferre non posset. Tum demum acer  
rimo dolore confectus, quum longissimum trahi ca  
ptiuorum ordinem, seq; suamq; opem imploranti  
um intueretur, quorum pleriq; iuncti, pulsique frustra  
tendere

tendere manus conabantur. Agmine sic tripartito, iam extra fines Arriminesium exitum erat, quum ille uel pudore sui, uel miseratione suorum laceffere hostem à tergo cepit, leuicq; commissa pugna, hostes Brachiani militis non sustinuerunt impetum, sed aliquot acceptis uulneribus, in edita sese collium iugae receperunt: quo minus in fugam uersi statim profligarentur, impedimento fuit præda, ad quam undiq; intentus miles, non putabat rem certam pro incerta deserendam, & copias diuidere, partemque ad insequendum hostem mittere periculosum uidebatur. Eius prædæ magnitudinem uix illi numerare poterunt, qui fuere participes. Quinq; continuis diebus cundo redeundoque consumptis, plus quam centum uiginti passuum milia decursa sunt. Prædam quorūque tam longo dignam itinere, nihil magis quam ex industria in longissimum spacium, captiuorum protractus ordo, decorabat. Nam greges atq; armenta uix latissimi capiebant campi. omnia ubi ad stationes est reditum, uiritim miliibus distributa. Bononienses cognito Brachij discessu, orta seditione inter ciues defectionem fecerant, rati Brachium in Perusinos mouisse exercitum, diuturno atque externo bello uacaturum, se iam excusso rectore liberius omnia, tumultuosiusq; concitatuos. Hac re cognita Brachius, quam maturissime sibi accelerandum putauit, ut prius urbem obsidione cingeret, quam eius arcem, quæ eius præsidio tenebatur, expugnare possent.

possent. Accito ex proximis oppidis magno peditatu, ad urbis consedit moenia, Bononienses ueriti ne simul ab exercitu muri oppugnarentur, simul qui arci praeerant eruptionem facerent, statim urbis portas aperuere, misereq; qui dicerent, nihil se contra Pontificis imperum esse molitos, caeterum ciuiles illos fuisse motus, se quidem imperata esse facturos. Brachius cum exercitu ingressus urbem, duplicato praesidio arcem, frumentoq; muniuit, mox ad stauones reducto exercitu, aliquot mensibus in hybernis habuit militem. Sextus iam praeterierat mensis, quum in stauis moranti, nunciatum est Bononienses in arcem fecisse impetum, sed eam egregie defensam, capere non potuisse: ciuitatem totam esse in armis, omniaq; tumultuosius agitata misceri, nisi celeriter occurrat, ultimum diem urbi adesse: tantam enim concitatum multitudinem, ut si eadem essent exorsi, nisi totius ciuitatis interneccione sedari tumultus non posset. Brachius subito ad eum, quem arci praesidio reliquerat literas dat, ut proxima nocte, contiguum arci murum, quantum decem simul equites ingredi potuissent, demoliendum curaret. quo diruto, pontem extra arcem supra fossam eodem spacio edificaret, ostendit quanta celeritate opus foret. Ille ut erat imperatum, murum diruit, structo que celesti ruer ponte, prima luce uenientem exercitum recepit in arcem. Brachius confestim multas bombardas, quae mediam in urbem ingentia conijcerent sat

xa, incendi iubet. ipse quadrato agmine strictis mi-  
 litum telis occupat forum, & quo plus ciuibus in-  
 cuteret terroris, angustos & foro proximos uicos,  
 structa ac parata inuadit acie: tum quo suorum fal-  
 leret paucitatem, bis terq; ueluti in gyrum eundem  
 quasi nouum aliumq; militem circūduxit, signumq;  
 dat, ut ex arce, plurimis simul bombardis ignem ad-  
 mouerent, quibus latè excussa, saxa domos ac tecla  
 sternerent, nec sonitu minus quàm iclu perterrerent  
 ciuium animos. Bononienses his rebus attoniti, quā  
 quam omnes aditus urbis trabe catenaq; impediue-  
 rant, depositis extemplo armis, legatos celeriter pra-  
 tempore creauerunt principes ciuitatis, quorum au-  
 toritatem & gratiam plurimum ualere apud Bra-  
 chium cognouerant, qui orarent, ut urbem pulcher-  
 rimam, à ciuibus suis perditam, à militum incendio  
 seruaret: Non se negare totam ciuitatem temerè ac  
 tumultuose arma coepisse, uerum eos qui expugna-  
 re arcem tentauerant, paucos extremae sortis ex in-  
 fima plebe fuisse homines, non tam sanguinis quàm  
 praedae cupidos, quos si uellet ulcisci, polliceri se in  
 manus tradituros. ceteros ciues qui aliquid habe-  
 rent authoritatis, priuato atq; intestino odio cōcita-  
 eos, nemini nisi sibiipsis iniuriam facere uoluisse, in-  
 gnosceret satis suo malo laborantib. ueterē eam esse  
 nimis corroboratam urbis pestem, saepe alias in  
 suam ipsos ruisse perniciem, quos si sanare perge-  
 ret, omnia ciuium uiscera esse dissecanda, alios  
 quis



quin frustra eum mederi inueterato iam pridem uul-  
 neri, & omnium medullas peruaganti. hoc eum exi-  
 stimari oportere: si boni regere prauos, & modera-  
 ri potuissent, non itum fuisse ad arma, non tumultum  
 in ciuitate factum. satius esse si in altero peccandum  
 sit, IGNOSCERE malis bonorum gratia, quam  
 bonos malorum odio persequi, atque innocentes alie-  
 no scelere punire. testari Deum immortalē, posthac  
 aut ciuitatem in fide detenturos esse, aut si quid acci-  
 didisset, pro Pontificis imperio morituros: ignosce-  
 ret priuatae amicitiae, si publica esset iratus. Brachis-  
 us grauitate increpatis legatis, Non se ignorare (in-  
 quit) tum demum ueniam postulatum uenisse, cum  
 armis nec se, nec urbem defendere potuissent, non  
 uoluntatem precibus, sed periculi metum affuisse.  
 bis se procul inde mouisse exercitum, bis a ciuibus  
 seditionem excitatam, nunc etiam rebellionem facta,  
 signis allatis arcem oppugnasse. mirum id quidem,  
 nisi quum ipse abesset, omnes inter sese dissentirent,  
 atque ideo seditionem excitata defectionem facerent,  
 quum propius admouisset exercitum, inter se re-  
 conciliari: quia quem absentem uniuersi pati non  
 possent, praesentem singuli metuissent: appellent quā  
 uelint seditionem, & leni nomine rem grauissimam  
 extenuent, se non minus cognoscere, bis rebellio-  
 nem esse factam. nam quem ciuem non arma cepi-  
 se, quem Pontificis partes suscepisse defendendas,  
 quem seditione ciuitate esse detectum. Non igitur  
 blandis

blandis intestinae similitudinis nominibus se demulcerent, quasi in arcem fugissent, qui alteram factionem tuerentur, atque ideo ad eam uno consensu omnium civium cum armis fuisse concursum: scilicet illic eorum inimicos illic seditiosos, & turbulentos autores factionum potuisse opprimi, quam tanto conatu, tantoque impetu oppugnare uoluissent. caeterum animo sibi esse, aut dirripere civitatem, atque incendere, aut arctissimo aliquo urculo in Pontificis fide retinere. illi ad pedes procumbentes orant, ne se frustra populus legatos miserit, omnem conditionem accepturos, modo civitati parceret totius suo beneficio conseruatae. Brachius quinquaginta obsides, quos arbitrato suo est tota civitate deligeret, imperavit. conditione accepta, quinquaginta principum atque optimatum liberi, Brachium in castra secuta sunt. mansere post haec in fide Bononienses. Per id tempus Brachio renunciatum est, Pontificem quem ad consilium uocatum diximus, profectum Constantiam, Pontificatu abdicatum, atque in eius locum Oddonem Columnam, cui postea cognomentum Martino fuit, successum esse. Qua re cognita, prius quam ad ciues nuntius peruenisset, arcem quanto fidiissimo potuit muniuit praesidio: tum obsides diligentius obseruari iussos, procul inde mittendos curavit. hoc modo tam diu stetit in fide civitas, donec prioris Pontificis dignitate desperata, cum civibus de tradenda arce, remittendisq; obsi-

146 IOAN. ANTON. CAMPANI DE  
dibus ageretur . igitur acceptis centum octoginta  
milibus nummum , quæ illi ex superiore stipendio  
debebantur , arcem , obsides , & proxima urbi cas-  
tella , agrumquæ restituit : Sunt qui affirmant Bra-  
chium audita noui Pontificis susceptione , admouisse  
se urbi exercitum , reflectoq; ad arcem quam latissu-  
mo ponte , miluem in acie composito tenuisse agni-  
ne : ciues nouitate rei perturbatos , receptis obsidi-  
bus atque arce , pecuniam eam exactam per ciuum  
capita , tradidisse . Brachius stipendio militibus da-  
to , intentis toto animo ad patriam , nouam expedi-  
tionem parare , & in fines Insubrium à Mediolanen-  
sium Duce sollicitatus , traiciendum exercitum si-  
mulabat . Interea copijs peditatu equitatuq; auctis ,  
in Hetruriam conuerterat animum , ultimam uim  
conatumq; facturus : ratus id quod res admonebat ,  
mortuo Rege , Perusinis omni presidio destitutis ,  
Pontifice nondum à Germanis reuerso , & propter  
nouitatem rei de suo imperio sollicito , simul quod  
ipse tunc pecunia atque armis ualeret , quam oppor-  
tunissimam inferendi belli , patriæq; recuperandæ adesse  
occasidem . quam si negligeret , nunquam amplius tan-  
tam rerum omnium commoditatem habiturum , sed quo  
altius descenderet , uulnus improuisum , nec quicquam  
hostile metuentibus mouendum instituit bellum . iam  
uulgo ferebatur in Insubres propediem cum omni  
exercitu profecturum . confirmauerant eam opinio-  
nem pauca de industria premissa impedimenta , &  
Ducis

Ducis legati qui ad eum sollicitandum uenerant. In-  
 terea quam occultissime potest, mittit cum pecunia,  
 qui Tartalam, tunc forte Tusculi cum sexcentis e-  
 quitibus morantem, conducerent, hominem plus  
 quidem manu, tamē etiam consilio promptum. Peru-  
 sini post mortuum Regem omni agro redacto in po-  
 testatem, nihil nisi de pace atque ocio cogitauerant,  
 captis Pōte Marfinianoq; exauctorato Ciccholino,  
 exercitum dimiserant. repudiatī milites etiam fini-  
 bus pellebantur. quæ quum Brachio essent explora-  
 ta omnia sexto Idus Quintiles Bononia mouit tan-  
 ta celeritate, factō per Arriminēsum fines transitu,  
 superatoq; Apennino monte, ut prius Burgum per-  
 uenerit, quam hostes ne de motu quidem, nedum ad-  
 uēiu quicquam scire potuissent. hac re permoti Peru-  
 sini, ad conducendū undiq; militem, uarios nuntios  
 dimiserunt. Ciccholinū è Campania reuocarūt, Paulo  
 Ursino dedere stipendiū, nihil reliqui faciētes, quod  
 uel ad improuisum repellendū hostem, uel ad resistē-  
 dum pertineret. munita statim finitima oppida, præsi-  
 dia undiq; per castella disposita, sed subita consilia  
 ciuū, præcogitata Ducis celeritas anteuenit. iam ad  
 Tybrim peruenerāt copiae, iā tribus occupatis ponti-  
 bus amnem traiecerant. Continuos deinde cōplures  
 dies passim actæ prædæ, castella expugnata, nec mul-  
 tū procul ab urbe concessum. Oppidū erat tria milia  
 passuū distās ab urbe, quod Diui Fortunati uocāt.  
 Hic ingēs pedium atq; equitū præsidium erat collo-

locatum, quare cognita, tentandam eius loci oppugnationem constituit Brachius. Itaque praemis-  
 sis qui praesidiarios milites ad deditionem hortat-  
 rentur, scalas, uarijque generis machinas compo-  
 siri, & circum moenia, non longe a propugnaculis  
 hostium, longo ordine, quo magis insuetarum  
 facie terrentur oppidanorum animi, disponi  
 iubet. Milites moenia, stationesque compleuerant,  
 tanta erat praesidij magnitudo, quum Brachius ag-  
 geres afferendos, & in fossam coniiciendos demon-  
 strat, imperatque ut quam sicissimam queant mar-  
 tertiam portis admotam succendant, oppositis a fron-  
 te sagittarijs, ne extinguere hostes portarum incen-  
 dium possent. hac re animaduersa oppidani, & qui  
 praesidio erant collocati, saxa ingentia & magnam  
 uim terrae congerentes, quam latissimo spacio intel-  
 riorem pro portis aedificant murum. Interea exustis  
 portis, Brachius signum dat, ut omnibus simul lo-  
 cis admotae moenibus scale erigerentur, sagittarij  
 militem a propugnaculis arcerent, ipse facto ad por-  
 tas impetu, recentem & uix bene confectum per-  
 rumpit murum: cohortes iam & scalis in moenia  
 euaserant, quae intra oppidum prosilientes, cuncta  
 diripuerunt. milites partim capti sunt, partim ex ad-  
 uersa parte oppidi sese moenibus eiecerunt. centum  
 equites traduntur capti, qui equis armisque spolia-  
 ti dimissi sunt. Francischinus Mirandula, quem praes-  
 idio hostes praefecerant, captus atque in uincula con-  
 iectus

iectus est. Qua die hæc gesta sunt, Brachius præ  
 missa parte equitatus, ad urbis portas impetum fieri  
 iussit: ipse cum reliquis copijs ad Planum Con-  
 stantijs, quod extra urbem ad teli iactum situm est,  
 subsequutus, ingenti coacta præda Thrasimenum uer-  
 sus iter fecit, ut ex omni latere uexato hoste, acrius  
 ra magis quam finitima bella concitaret. Iam intra  
 paucos dies omnia, quæ secundum Tyberis oram  
 sita sunt oppida, aut ui, aut sponte uenerant in pote-  
 statem: pleraque etiam proximis eminentia collibus,  
 ab hoste defecerant, partim metu ne ui capta mili-  
 ti in prædam darentur, partim quod exulum parti-  
 bus ueteri maiorum amicitia fauebant. Perusini qua-  
 die hostes impetum ad portas fecerant, suburbium  
 quod ad meridiem pertinet, metu deseruisse, & in su-  
 periores urbis ambitum domesticam suppellectilem  
 conuexisse dicuntur: quippe quos superioris belli eo-  
 dem in loco accepta calamitas admonebat, nec mi-  
 nus terroris in urbe erat quam in agro periculi. Pau-  
 ca iam oppida obsidionem, multo paucissima oppu-  
 gnationem expectabant, ciuitatis metus, desperatio  
 reliquis oppidanis erat. Interea multis factis excu-  
 sionibus, Tartalia cum suo delecto milite aduentas,  
 copias duplicauit: quæ res quantum animi Brachia-  
 nis addidit, tantum ciuibus incussit terroris. huc ac-  
 cedebat ingens exulum multitudo, qui patrio audi-  
 to bello, undique ad exercitum confluebant Brachia-  
 us, Querqueto & Marsiano receptis in potestatem.

Papianum, Morcellā, & proxima quæque castella  
ne uno quidem prælio cepit. Postridie uero quā  
coniuncte sunt copie, urbi cum exercitu ad ducen-  
tos passus, qua parte uergit ad septentrionem appro-  
pinquauit, tribusq; sacrarum uirginum templis, quæ  
quanquam arcibus munita, bello tamen deserta erāt  
occupatis, iam propius imminebat urbi. postero  
die factō impetu, in portam suburbium magna ui in-  
grediuntur, sed populo superne resistente, paucis cæ-  
sis militibus, compluribus uulneratis, urbe reiecti  
sunt. hoc prælio irritatis magis quā terris mili-  
tum animis, maiorem in seq̄entem diem conatum  
moliuntur. factōq; iterum ad eandem portam impe-  
tu, de militum gloria certari crederes, tanto quisq;  
animo etiam in quæsi- mo loco in prælium ferebatur.  
sed loci iniquitate præualente, maior est edita cædes,  
tantoq; plus acceptum uulnere, quanto acrius bel-  
landi studium fuit, & milites nimis intra urbem pro-  
cesserant. nec minus cruenta res ciuibus stetit, quos  
simul sagittarij & hastati milites fodiebant, simul  
equites stricto gladio resistentes aduerso feriebant  
ore. Brachius ubi cædem magis quā pugnam au-  
geri uidit, & ciues quod iam ad decliua urbis erat  
uentum, non solum defendere se armis, sed præcipiti  
lapsu ingentia saxa deuoluere, cani receptui iussit,  
exercitiūq; extra portas pugnando simul cædendo  
cū reducto, militem magnifice commendauit, ostens-  
itq; eam loci difficultatem non fuisse subeundam.  
ceterum

cæterum ubi itum in certamē fuit, neque fortius, neque  
ardentius pugnari potuisse. Perusini duplici & acce  
pta & illata calamitate, occludendam eam portam  
trabibus muroque, & moenia miliū delecta impetu,  
celeriter reficienda curauerunt. Qua die intra portā  
est pugnatum, vicinorum oppidorū curatores (Syn  
dicos uocant) Brusani, Collini, & qui his finitima  
incolunt loca, ad Brachium uenerunt, oppidorum  
clauēs olcastro inuolutas deferentes, petitiæ pacis,  
ac ultro delati imperij signum. postero die, nulla in  
teriecta mora, uexilla bellica multis militaribus si  
gnis adornata, non procul ab urbe iussit collocari:  
quo significabatur obsidionem iam adesse, non bel  
lum. Ciuitatem multa mala, pauor, metus, fames agi  
tabant. nec deerant qui etiam in postremo pericu  
lo discordias graues sererēt, auxilia pars nondū con  
uenerant, pars hostili ferocitate defecerant, denique  
cuncta magna et acerba mala uersabantur animis.  
quicquid ab inimicis de uita et sanguine certantibus  
nō fieri solum, sed etiā excogitari posset, rapinas, cla  
des, stupra, incendia metuebant. Castris circa urbem  
positis, Brachius ne uno quidem intermisso die, mi  
litem continuam irruptionem tentare, & ex plus  
ribus simul partibus ciuitatem oppugnare iubet.  
Quæ quum parum procederent, exercitum in di  
uis diuisit partes: alteram ad Phanum Iulianæ, Ve  
staliū uirginum templum, quod ad radices me  
ridionalis suburbij situm est, oppugnandū dimisit: r. 4



tus, ciues aut uniuersos illò, aut delectiore manu acturus : ipse cum altera parte copiarum , ad totiens e fractam portam, quàm appellant Solis, maiore quàm unquam antea defertur impetu, murum què superiore die ciues consecerant perrumpit. penetrat magna ui ad intimum iudurbium, occupaturus superiorem urbem, si sorte ciues alio auersi, uacuum præsidio reliquissent : & dies erat nebulosa atque pluuia, facile rectora dolum asserante fortuna. sed ciues primo ex audito, diuisioneq; exercitus per coniecturâ cognita, & ipsi iuuentutem duas in partes diuisere: alteram ad resistendû à Phano oppugnantibus missam, alteram egregium ætatis florem, delectiq; iuuenum roborâ, interiori urbi præsidio relictam, ut si quid reliqui hostes à Solis porta molirentur, paribus occurri uiribus possit: magno utrinque consilio, multo maiore conatu pugnatum est, aliquot continuis horis. alteros bellica uirtus, alteros metus mortis, et morte crudelius exilium, nonnullos ardentissima odis, & conceptæ iam pridem animis crudelissimæ cædes armabant. non hostes cum hostibus de imperio congregati, sed inimicos cum inimicis de sanguine seire, uel ipsi uultus atque oculi demonstrabant. Brachus concitato milite, nunc ultimum restare laborem exclamat, nunc præmia tanti belli subesse: urbanam iuuentutem, non senes modo, sed fenestris saxo et ipse pugnantem scemine adhortabantur, nunc pugandum fortiter, nunc inimicos manu, ferro, dente feriendos

feriendos. nunc deniq; pro dijs patrijs, pro liberis, pro capite & uita dimicandum esse, omnino nisi uincant, crudelissimè omnibus esse percundum. Senes qui per ætatem arma ferre nō poterant, liberos, nepotesq; ob stabantur, ut solum, quo paulopost quieturi forent, acerrimè fortissimèq; defenderent, ne procul à patria modicum quod esset uitæ reliquum agere, & alienis in sepulchris, aliena terra miseri atq; inopes iactari cogerentur. Nebula stragis magnitudinem celabant, quippè aut progredientibus aut regredientibus militibus, magna utrinque cædes edebatur, & passim fusa humi cadauera pedibus calcabantur. iam ad urbis inferiora mœnia uentum erat, quæ difficilis atq; arduus surgebat in forum aditus, hinc ciues ingentia saxa deuoluere, hinc dolia in subiectos lapidibus plena precipitare, tum mulieres euulsam manu tegulam tectumq; deijcientes, indigno uulnere feriebant militem. Demum facto à ciuib. superiore de loco impetu, milites quòd iniquissimo certabant loco, magno telorum saxorumq; impulsu repellentur. iam saxis, iam cinere superne cadentibus reulcati, in equiorem locum paulatim cedendo recessere. interim qui ad Phanium se ostenderant, leui commisso prælio reiecti sunt. Brachius fatigatum labore ac uulneribus militem, plurimis utrinque desideratis in castra reduxit. hic dies utriusq; longe difficillimus fuit. nam & si milites grauiores armis peritioresq; erant, iniquissimo

tamen loco certauerunt. Ciues leuiter armati, & pleriq; insucti rerum bellicarum, uix militis impetum sustinuerunt. cæsi fuere eo prælio ex urbana inuentute plures, ex Brachianis plures uulnerati. Brachius desperata urbis oppugnatione, non amplius loci subire iniquitatem, sed premere ciuitatem obsidione constituit. Postero illucente die, partem copiarum aduersum in agrum emitit, qui inter Septentriem & Occidentem pertinet, asperum & montosum: eam ob rem nunquam antea neq; bello, neq; in cursione uexatum, auxit prædam oppidanorum nihil tale metuentium securitas. Mantinianum, Misianum, & quæ sunt finitima his oppida, pars montibus in montium angustijs sita, ingentem ea die calamitatem accepere. Porro ubi alter illuxit dies, moto ad Phanû, quod dicunt Trinitatis, exercitu, haud amplius centum passibus procul ab urbe coniecit. Erant aliquot præmissi milites, qui occulte murum in desertiore parte urbis diruerent: sunt qui affixum, ut in ueterem cuniculum crebro oclusum, muro penetrarent. Submissaq; statim alia militum manus, ad superiorem Solis portam oppugnandam, ut quod superiore die ciues fecerant, ad eum reliqua relicta urbe concurrerent locum. Quod si fecissent, cæterum exercitum per cuniculum recipere præmissi milites potuissent. sed re canum latratu detecta, ciues reiecto magna uel milite, locum firmo præsidio muniuerunt. Brachius ubi nequicquam omnia tentata

tentata uidei, ne tempus aut ocio, aut periculoso ma-  
 gis quam utili negotio tereret, castris fossa ualloq;  
 munitis, ac ualido imposito presidio, ipse quæ circū  
 urbem essent occupare castella properauit: ratus id  
 quod res admonebat, nullam acriorem futuram ob-  
 fidionem, quam si ciues omni occlusi aditu, portas  
 urbis exire, alimentaq; ex agro supportare non pos-  
 sent, militibus autem frumentum & commeatus ab-  
 bundè suppeterent: si proxima quæq; oppida libere  
 ad exercitum comportarent, uel ipsos oppidanos sa-  
 tis belli facturos, si nec annonam suppeditarent ci-  
 uitat, & ciuem urbis egressu prohiberent. Ergo ad  
 inferiorem planiciem, quam Tyberis fluuius mediâ  
 præterlabitur deducto exercitu, Ripam & Colu-  
 mellam ac proxima castella recepit in potestatem:  
 omnes fluminis pontes præter Patulum, uno cursu  
 occupauit. His peractis rebus, reductoq; exercitu,  
 corpora curare militem iubet. Tertia deinde uigi-  
 lia in eum agrum, quem ad Thrasimenum spectare  
 diximus, profectus, Corcianum oppugnare est ag-  
 gressus. quod oppidum in inarido & olearum fera-  
 ci monticulo situm, totius agri Perusini natura ma-  
 gis quam opera est munitissimum, collectum prope-  
 modum ac rotundum supremum montis uerticem,  
 complectitur. muri exterius præalti, intus uero den-  
 sissima completi terra æquabili accingunt, atq; ex-  
 currunt solo. aditus etiam ad muros non undiq; libe-  
 ri, quippè magna ex parte, præruptis atq; altissimis  
 clauditur

clauditur rupibus. Nec segniores oppidanorum ani-  
 mi, nam præter multitudinem quam belli tempore  
 etiam ex subiectis concipiunt ullis, fide, atq; inge-  
 nio ualent, nec tam priuatas amicitias, quam com-  
 mune sequuntur imperiũ, urbi parent magis quam  
 ciuitati, nobilitate urbem obtinentibus parent optu-  
 matibus, contra plebeijs quandiu illi urbem teneant  
 obsequuntur. Hoc oppidum oppugnare adortus, du-  
 rissimo commisso prælio, nihil præter militum uul-  
 nera, cædesq; reportauit. Motis inde castris, ullis  
 omnibus incensis, proximoq; direpto agro, ad mon-  
 tem Vbianum contendit. postero die Spinam muni-  
 tissimum, & ipsum oppidum, magna ui adortus op-  
 pugnavit, ubi duobus commissis prælijs, aliquotq;  
 desideratis miliibus, re infecta ab oppugnatione di-  
 scessit. Scalas deinde & muralibus machinis, quæ  
 oppugnationi usui forent comparatis, quod fatigati  
 milites erant, in alterum diem rem distulit. quo die,  
 oppidum magno militum inuasum impetu, captum  
 direptumq; est, sed strenuissimo quoq; aut caso, aut  
 uulnerato, cruenta uictoria fuit. Spina capta, finiti-  
 ma statim castella uictorem secuta. sua se sponte de-  
 diderunt. Postridie quam hæc gesta sunt, Brachius  
 incredibili celeritate ad portas urbis profectus, pro-  
 xima & contigua urbi ædificia incendit, effregit  
 molas frumentarias frumentum & qui subsidio uel-  
 nerant corripuit: quinque & uiginti fuere equites:  
 mox eadem celeritate in alteram urbis partem, ubi  
 castra

castra munierat, secundum moenia structo exercitu  
 penetravit. Perusini tantis intra paucos dies affecti  
 incommodis, mittunt qui Pauli Ursini adventum  
 sollicitent, item qui Ciccholino quàm ocyssimè ma-  
 turandum significent, ostendantq; civitatem ad ul-  
 tum uenisse de crimine nihil ex agro reliquum esse,  
 uix se intra moenia continere perterritos ciues, atq;  
 pluries inde paulo minus esse deiectos: huc accede-  
 re intolerabilem plebi famem. Legatos praeterea Flo-  
 rentiam misere, orantes ut pro amicitia, quae esset  
 Florentinis cum Brachio, eorum interposita autho-  
 ritate, bellum componerent: sperare nullos commo-  
 dios pacis auctores futuros. Interea Brachio nun-  
 ciatum est per speculatores, Paulum Ursinũ, quem  
 fama erat Perusinis auxilio uenturum, magno cum  
 exercitu aduentare. iam Tyberim esse traiectũ, iam  
 Vtriculum, iam deinceps Narniam processisse. ma-  
 turatione opus erat, ut cum altero ducum ante con-  
 fligeret, quàm tot simul copiae iungerentur. Igitur  
 ex omni parte collecto milite, & corpora curare  
 iussu, nocte intempesta mouit exercitum, continuoq;  
 itinere non die, non noctu intermisso, ad urbem In-  
 teramnam, plus quadraginta milium spaciũ decur-  
 so, peruenit. Interamniã Nar fluius duobus alueis  
 circumfluit, inde Interamniã, inde Narniã dictum  
 nomen: qui tanta uelocitate delabiur, ut nusquã ua-  
 do, raro nauiculis transiri possit. Interamnenses rei  
 nouitate permoti, negant se armatis per mediã urbẽ  
 transeundã

159 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
transcendi potestatem esse facturos, delectamq; pro-  
portis & egregie armatam iuuentutem opponunt:  
leui cum his commisso praelio fusi, fugatiq; in ira mœ-  
nia compelluntur. Paulus audito hostium aduentu  
in editos Narnia montes se subduxit, ut si committe-  
re praelium cogeretur, munitissimo esset loco. Bra-  
ebius qui hostem repente de improviso adorandum  
sperauerat, ubi de fuga eius cognouit, Interamnen-  
sem depopulatus agrum, eadem qua profectus est ce-  
leritate reuertitur. Interim legati Florentinorum in  
castra ad Brachium uenerunt, iussi exponere man-  
data: orant ut cætera quæta Italia, ipse quoq; bello  
abstineret, Timere Florentinos ne si diutius trahere-  
tur bellum, emulatione partium finitima concitaren-  
tur arma. Iam audire Carolum Malatestam & Paul-  
lum Vrsinum utrunq; magno, cum exercitu ad ur-  
bem defendendam uenire, totam Hetruriam armis  
completum iri. Iam nunc itinera suspecta esse, latro-  
nes obsidere uias, nec qui sint, aut quo recipiantur  
scire licere. Quid futurum ubi tot fortissimorum Du-  
cum accesserint copiae? non uias, non aditus, quàm  
urbem ipsam tutiores fore. Nam ut duces militum à præ-  
da contineant, ut suppli- ium moriemq; proponant,  
quem utra ex acie latrones prodierint cogniturum?  
Tum satius esse uictorem bello discedere, & adce-  
pta restituere oppida, quàm uaria fortuna amittere.  
quæ si etiam tueri posset, fore tamen illi de commet-  
atibus & stipendio cogitandum. Si facere pacem uo-  
lit, Flo/

lit, Florentinos commode intercessuros, polliceri quantum pecunie conueniret, sponsoresq; futuros, si modo ipse deponeret arma, & agrum ciuibus liberum pacatumq; reliquisset. Brachius in hunc modum legatis respondit: SCIEBAM (inquit) ubi primum de legatione uestra audui, quantum hostibus animi speiq; attulisset aduentus uester, nec decipiebantur illi quidem quum de gratia atq; autoritate in me uestra cogitarent, & ego fateor parendum uobis fuisse pro amicis, pro socijs, pro finitimis orantibus uestris. uerum aliter hac res sese habet, de quorum uos salute tantopere solliciti estis. Communes Hetrurie fuere hostes, nisi propterea hoc me abstinere bello iubeatis, quod prementem atq; hærentem ceruicibus uestris inimicum Regem, illi aduersus uos non solum irritauerunt uerbis, sed commeatu delectuq; iuuerunt. Ego periculo capitis mei reppuli. illi transitum aduersus ciuitatem uestram aperuere, contra uos armati in acie fuere, uestra capita, uestrum iugulum petiere. Ego pro uobis cum immanissimo, & capitis mei inimicissimo Rege dimicauit. INGRATI animi est non recordari quæ acceperis: hostem contra socium, inimicum contra amicum defendere impium atq; nefarium. Nec iccirco ista cõmemoro, ut aut me poeniteat collati beneficii, aut uos acceptum non satis ample prosecuti sitis. SATIS PRÆMIUM est, ubi studio atque amore deuinciuntur animi. sed quænam hæc est miseratio? Hostes uestros

domi

Responso  
Brachij ad  
Legatos.



166 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
domi in quiete, in ocio esse, ut contra uos illorum  
uires augeamur, nos amicos & belli ac periculi so-  
cios in exilio consenescere, aliena in patria mori,  
atq; insepultos iacere cupietis, ut uobis (si res exi-  
gal) opem ferre nequeamus. Non hic de imperio at-  
gitur uter sit regnaturus, exilium illi uolunt nostrū,  
non regnum timent. quanquam nec exilio quidem  
contenti sunt, qui totiens aut ui, aut fraude uitam no-  
bis eripere tentauerunt. Nec tamen nobis bellum  
placet, si domi esse possimus. non arma, non finiti-  
ma concitamus bella, qui ad patrios lares, ad paren-  
tum nostrorum (quos isti melia in pace necaue-  
runt) tecta, domosq; reuertimur. Quid si armis abstinere  
dum est nobis, num isti legibus obtemperabūt, quā-  
uim atq; iniuriam fieri cuiquam prohibentes, sua cui-  
usq; esse, non rapi aliena iubent? **VBI LEGIBVS**  
non paretur, armis est decernendū. Equidem quum  
hoc gero bellum, nō mea solum, sed multorum iura  
causamq; defendo, quorum calamitates atq; exilia,  
ut ipsi taceamus, uobis incognita esse non possunt:  
latior enim ac diuturnior fuit miseria nostra, quam  
occulta dissimulari potuerit. Nū igitur nos sumus,  
qui finitima concitamus bella? Praeclare uos quidem  
de latronibus admonuistis, obsideri uias, itinera esse  
suspecta: credo equidem ita rem sese habere. Noui  
quā late excursitent militum manus, sed quae so-  
quid si miliones, si iumenta uestra, nam his plurimū  
utimini, à latronibus correpta fuerint? Si haec  
tam prof

tā procul à uobis impedita itinera, quo id feretis ani-  
 mo? at nos latrones eiecerunt domo, iter ad patriam  
 intercluserunt, opes fortunasq; nostras corripuer-  
 runt, parentes nostros indicta causa interfecerunt,  
 nisi minus peccauerint, qui media in pace, intra ur-  
 bis moenia, quàm qui in soluis & bello latrocinan-  
 tur, qui quum ipsi latius latrocinia exercere nō pos-  
 sent, aliunde infestissimum uobis, non dicerem latro-  
 nem, nisi ille quoq; ad iniustas uenisset rapinas, pro-  
 uocauerunt, receptaculū prædandi, rapiendi, gras-  
 santi Regi præbuerunt. Cum his nobis est bellum,  
 quod non concitauimus ipsi, sed quia defendere quō-  
 dam fortunas nostras pace non potuimus, nunc ere-  
 ptas (si dijs placet) bello recuperare contendimus:  
 nostra enim repctimus, non extorquemus aliena.  
 Nec est nobis pecuniarum controuersia, habeant si-  
 bi quas nostra calamitate, nostro exilio, nostrorum  
 parentum sanguine accumulauerunt. Patria est, quæ  
 nunc in causam uertitur. reuocent domum, satis diu-  
 turna exilia perpeffos. Ego uero sic habeo constitu-  
 tum, aut honesta morte, aut gloriosa uictoria exilij  
 iugum excutiendum esse: dicerem etiam concordia,  
 nisi scirem, nocentes sonitum animos nimia teneri  
 pertinacia, nec sperare ignosci sibi ab inimico posse,  
 cui ipsi amico non putauerunt ignoscendum. At re-  
 cipiant nos nostro tecto, aut bellum si propulsare nō  
 possint, eo ferant animo, quo nos acerbissima exilia,  
 quo parentes nostri cædes crudelissimas nefariasq;  
 m pertule/

pertulerunt Nec existimo Florentinorū gratiam, ho-  
 stibus magis quā socijs, inimicis quā auxiliarijs  
 prodesse oportere. faciunt illi quidē perhumane, qui  
 acceptas obliuī iniurias, nō quid ipsi detrimētū accepe-  
 rint, sed quid beneficij conferre possint, cogitandū pu-  
 tant. sed latior patet ea gratia, quā mortaliū capi-  
 ant mentes. nā prodesse interdū inimico, pulcerrimū  
 est: **A M I C U M** ad omnia iuuare necessarium. Sed ni-  
 mis stulte sentio, qui existimem Florentinos alienis  
 sollicitatos precibus, id à me uelle exorare, quod o-  
 rant. **S A E P E** enim postulamus quæ non cupimus,  
 quā sepe etiam quæ cupimus non postulamus. cre-  
 dite mihi gratum est uobis hoc bellum, quod si per  
 humanitatem liceret, non solum non dissuaderetis  
 nobis, sed ultro ad id ipsum faciendum hortaremini:  
 ut qui non ignoratis, tutius uobiscum agi si prope  
 amicū quā inimicū, sociū quā hostem habe-  
 atis. Legati pauca ad ea respondere: Populū Flo-  
 rentinum in memoria habere quæ commemorasset  
 omnia, nec quicquam præter æquū ac bonū quer-  
 rere, studere tamen plurimum Hetruriæ paci, si sine  
 suo incōmodo fieri potuisset, ut plurima accepta pe-  
 cunia bello discederet. id erat quod postulandum ius-  
 sisset. sin aliud commodius uideretur, facile fuisse Flo-  
 rentino populo uerba præstare, belli opem implo-  
 rantibus, atq; hæc in mandatis se habere. Eo die Bra-  
 chius presentibus legatis Pilam oppidū ui cepit. po-  
 stridie motis castris, Derutam cinxit obsidione. oppi-  
 dani

pidani biduo obfessi deditonem sub conditione fecerunt. Legati re infecta Perusiam reuersi sunt. magna spe excidere Perusini, quod existimauerant legatorum autoritate, quàm plurimum ualere apud Brachium rebantur, bellum compositum iri. ergo alia uia excussuri hostem, Legatos ad Carolum Malatestam mittunt, polliciti si opem tulisset, octogintamilia numum duros. Carolus respondit, se quidem pecunijs non egere, satis sibi magna esse uectigalia, nec unquã cupiditate pecuniã. Regnum suum in belli discrimen deuocaturum. Ceterum si tradere ciuitatem uellent, omnia pro sua gloria, & eorum Republice facturum esse. **N** **E** **C** se mercenariũ esse Ducem, sed pro magno imperio summa pericula putare aduenda. Legati nec recusare eam conditionem, nec promittere posse responderunt: sperare tamen si libere ciuibus in tanto discrimine rerum subueniret, facile imperium consequi posse à se defensione ciuitatis. qua spe adductus Carolus, centum delectos equites auxilio præmittit, ipse ad reliquum expediendum exercitum demoratus, militem ex hybernis deductum in parato esse iubet: ratus ubi tanto beneficio deuinxisset, ciuium animos paulatim, largitionibus paucorum, communem urbis superbiam cinolliturum. Per hos dies Brachius, ne quid reliquum ex ea parte agri hostibus foret, Castellũ Planum et Balneariã, non parua oppida per conditionem recepit, uno internusso die, castra non procul ab urbe quingentos posuit passus.

Sed quoniam dies fuit nebulosa atque pluuia, militem in castris continuit. Postero die quum prima statim luce ad ciuitatis portas infesto se agmine ostendisset, ciues omnes qui per aetatem arma ferre possent, eodem concurrere, & quod loco erant superiore, et natura egregie munito, Vegium uocant Perusini, cum subiectis hostium cohortibus preliabantur. sed loco freti ciues, acerrime fortissimeque se defenderunt, prelio commisso, multis acceptis illatisque uulneribus, militem in castra reduxit. idem sequenti die fecit, sed alia parte non tam aspera et precipiti aggressus urbem, & fracta deiectaque porta, miles intra suburbium irrupit, peditibus aliquot qui resistebant caesis. Ciues quod superioribus fecerant preliis, parte iuuentutis fori presidio relicta, ceteri ad defendendam reliquam urbem concurrere, eorum concursu acrius instauratur prelium. sed ubi aliquandiu dubio Marte pugnatum est, milites quanto magis procedebant, tanto iniquiore subeundum locum intelligebant, sic languidiores desperatione uictoriae facti, magno cum impetu repelluntur: nusquam Perusino bello, quam tum hoc prelio sanguinis fuissem. nam & pedues qui pro portis dimicauerant, ab exercitu plerique fuerunt occisi, & milites eodem erant progressi, ut nisi scutis se protegerent, superne coniectis tegulis opprimerentur. tum tantus utriusque impetus, ut ciues quandiu equo loco pugnauerant, magna cum strage reiecti sint, donec ad precipitem fori cliuuium compulsi, de loco superiore conuerso, in militem

militem impetu magnam & ipsi cadem ediderunt,  
 perturbatosq; extra portas magnifice repulerunt.  
 Quae res tantum animorum addidit ciuibus, ut postri  
 die uniuersus populus armatus prodierit, praelumq;  
 postulauerit. Brachius quod uidebat hostem quid lo  
 ci posset iniquitas magno exercitus incommodo e/  
 doctum, in colle sese egregie continere: ueritus ne  
 rursus ad iniquitatem loci compelleretur, militem et  
 ipse continuit: proximaq; nocte uel metu ne quid de  
 improviso repente hostes molirentur, uel timore si/  
 mulato, ut commodius inuadere securos posset, uel  
 quod magis putauerim, ne tempus periculosa magis,  
 quam utili pugna contereret, motis inde castris ad  
 montem Melinum quinq; milia passuum procul  
 ab urbe recesserat, quum legati Florentinorum ite/  
 rum ad Brachium uenere, qui multis ultro citroq; ha  
 bitis frustra consumpsere diem. nondum abierant Le  
 gati quum Agellani, Paccianenses, Panicarini, Cibot  
 ulani, Plagarini, & qui in his finitima incolunt lo  
 ca, misere, qui oppidorum clauis, atque oliuam, dedi/  
 tionis pacisq; signa deferrent. Ponspatuius totiens an  
 te utrisq; belli causa, & Castellum uetus, diuersa situ  
 oppida, sua sponte deditionem fecere. iam confecto  
 quasi terrestri bello, ne quid intentatu esset, in Thra  
 simenum totius Italiae amoenissimum ac fertilissimum  
 lacum, tanquam ad maritimam expeditionem profu  
 ciscur. Thrasimeni ambitus, triginta passuum conti  
 net milia, litusq; habet placidum atque arenosum.

& in speciem maritimi sinus, longè uasleq; extēsum,  
 rotundus fere, ac mari similis: nec recipit alienas at-  
 quas, nec refundit suas oppida ex omni parte lacum  
 cingentia felici ac perpetuo iacent litore. nihil ea  
 plaga uel fertilitate agrorum, uel piscium ubertate foe-  
 licius, medio autem lacu, tres interiectæ insule, quar-  
 rum duæ hominibus frequentes aspiciuntur. Igitur  
 Brachius tanquam ad bellum nauale profectus, pri-  
 mum monte Columnolo recepto in potestatem, Pas-  
 sinanum, quod Thrasimem fluuibus abluitur, exer-  
 citum perduxit: oppido in fidem accepto, qui insulas  
 colunt, & si nauigia omnia ueteri more subduxerant,  
 cognita tamen finitimorū defectione, ueriti ne aut gra-  
 ui fame domarentur, aut nauigia hostes edificarent,  
 in continentem cum omni classe exeuntes insulas de-  
 diderunt. nihil Brachio hac insularum uictoria gra-  
 tius, partim fama rerum gestarum quod terrestri bel-  
 lo uinci non poterant, partim ne inaccessiblei a ter-  
 go hostem relinquere, aut tempus conficiendis nau-  
 uibus terere cogeretur. his rebus ad Thrasimenum  
 gestis, Antriam populosum oppidum oppugnatum  
 cum exercitu profectus, dum quæ oppugnationi usui-  
 forent comparat, legati Perusinorum ad eum uene-  
 runt. In his erat Cinellus ex Brachij natus mat-  
 tertera. qui iam prope centesimum natus annum  
 ætatis fructum & prudentiam, & memoriam re-  
 tinet legatio erat nomine, cæterum re ipsa belli  
 dilationem, donec Carolus, quem omnia parare ad  
 bellum

bellum audiebant, cum suis aduentaret copijs agitant, Legati multum de pace agere, sermones longos de industria querere, spem magis quam concordiam praesferre: denique omnia, quae tardare hostium possent impetum, simulabant. Brachius quod dare sibi uerba intelligebat, ipse quoque de pace agentes studiosius audire, bellum tamen interea non intermittere, nec dum discedentibus legatis, facto propter urbem transitu cum omnibus copijs, Tyberim amnem traiecit: uix ad alteram ripam uexilla peruaserant quum Torsianensium legati occurrerunt, orantes ut oppidum olim suum reciperet in potestatem: non se sponte sua, sed obsidione diuturna coactos, ad hostem defecisse. Postridie quam Torsianum est receptum, legati Tudertinorum in castra uenere, atque urbis quam Rex olim oppugnare non poterat, deditioem fecere. tanta urbe recepta in potestatem, Brachius exules omnes, quos superiore seditione eiection dicebam, in patriam reduxit, arbitratu id, quod erat futurum, reuocatos beneficio suo diuitius in fide mansuros. Hac re uehementer permoti Perusini, nimiam Regni accessionem, et hostis quotidie auctas opes metuebant: iam eorum potentiae uentum intelligentes, ut etiam si omni agro pelleretur, nimis proximum habiturus foret receptaculum, unde uti non posset, sic exhaustum bello Perusinum populum inuasurum, et agrum quotidiana uexatione depopulaturum. Tum suas uires adeo attritas esse, ut si iam conducti milites resisterent hostium ferocitati, non tamen



tantum exactionum diutius pati posse, rediuiuum futurum id malum, quum hostis etiam pulsus agro, nō amplius quam uiginti milia passuum procul mansurus esset, atq; inde perpetua clade urbem, agrum, itinera infestaturus. Hęc quum inter ciues agitarentur, non minor quam si eorum moenia intrasset hostis paucor, & trepidatio cunctorum inuaserat mentes: una spes erat aduentantis exercitus, si uno praelio bellum omne conficeretur, nec dubitabant hostem numero longe imparem, aut non uenturum in certamen, aut si ueniret, facile a multitudine profligatum iri: repetebant qui rerum euentus essent, quæ fortuna belli, si aut uictus hostis effugeret, aut pugnam non caperet, magnam tamen restare molestiam. Sin profligatus forte caperetur, omnia in tuto atque in portu fore: hanc unam extare tranquillitatis ac pacis spem. Interea legatos iterum qui eadem, qua superiore legatione uictum hostem eluderent, mittendos placuit. Brachius legatis respondit, illos maxime stultos esse, qui alienæ confisi stultitiæ, solos sese sapere arbitrantur: iam pridem cognouisse quid eiusmodi legationes pacis, belliq; afferret, fuisseq; sententiam, non aliter bello discessurum, quam si exules in urbem reuocarentur. scire quantum auxilij ciues expectaret, eamq; ob rem belli dilationem querere, sed expectarent sane quam uellent, aut sibi pro suis moriendum esse, aut in patrijs sedibus repositurum miserimos ciues. hęc quum dixisset presentibus legatis, classicum cani iubet, armatoq; statim milite,

ad

ad oppugnandum oppidum Bastiam, quod est in agro Asifiatium, proficiscitur. Eunti, in itinere Vecloniensium legati cum muneribus congratulatum occurrere. accepti sunt perbenigne Veclonienses, qui quod oppidum haberent magnum ac motosum, & natura situq; egregie munitum, & Perusino imminentes agro Chiasio amne, qui eorum fines secat transitum, & aperire, & claudere pro arbitrio possent. adeo optimatum fauerant partibus, ut maximis primum sollicitati premijs, deinde anniuersario incendio, & populatione agrorum uexati, nunquam a nobilitatis societate deficerent, & Torsianum a ciuibus obsessum com metu, & aliarum rerum supplemento iuuarent, idq; opera Crisspolorum factum, qui inde oriundi, eodem in exilium acti oppidum, in fide per extrema & difficillima quaq; tenuerunt. Inter hac Perusini legationibus elusuri hostem, tertium misere legatos, qui nihil aliud agere potuerunt, nisi quod pacis, quam aut querebant, aut simulabant, spem sublatam reportauerunt. ultima Ducis fuere uerba: Si alia conditione quam de recipiendis exulibus post id eius castra ingrederentur, legationis iura uiolaturum, & pro hostibus, non pro legatis habiturum. Motis deinde castris propius quam unquam antea ad urbem concedit, pauloq; post leui ad ciuitatis portas nequicquam commisso praelio, partem copiarum Corcianum, quod oppidum situ munitissimum esse monstrauius obsessum dimisit.

sit. Oppidani qui grauidissimā oppugnationem magnis sustinuerant animis, obsidionem pati non potuerunt, facta deditio, Antria, Misianum, Mantinianum, quæ reliqua ex omni agro præter pauca admodum hostibus supersuerant, ad Brachium defecere: deniq; centum uiginti oppida, & octuaginta uicos redegerat in potestatem, iam solam urbem bella respiciebant, nec erant amplius diuidendæ copię, exercitusq; diminuendus ad unum locum uniuersis intētis uiribus. At ciues undiq; obsessi, non modo continebant se menibus, sed exteriores portas, latissimo clauserant muro: & iam tollens oppugnatam urbem sic perterritam fecerat hostis, ut ne custodibus quidem portarum, qui pro stationibus & propugnaculis uigilare consueuerant, credere se auderent: nam ciuitatis uaria erant studia, diuersaq; ciuuium uoluntates, alij domi potentes & factiosi, quibus de uita & sanguine erat dimicatio, quotidie dies atq; noctes in armis esse, nec quicquam magis quàm insidias prodicionemq; timere. hos pleriq; postremæ fortunæ homines, prædis, rapinisq; publicis assueti sequebantur, sed nec hi tam acri erant ad bellum animo, quos uictos uictoresue ut multum rapinarum, ita nihil periculi dignitatisq; maneret. alij erant boni & equi amatores, domi opulenti pecuniosiq;, contenti suis artibus, hi nec arma nisi coacti capiebant, nec belli huius exitum magis, quàm bellum ipsum extimescebant, quorū maiores sua quisq; studia secuti, ciuilibus

disidijs,

disidijs, domesticisq; cladibus abstinerant, ab his  
 pecunia exigebantur, his stipendia conducendo mi-  
 liti extorta, nec ulla re magis, quam domestica ue-  
 xati tyrannide, pacem quam uerbis petere non li-  
 cebat, animo auidissime cupiebant. ultimum erat ge-  
 nus, quorum maiores nobilitatem secuti, quod aut  
 frigidiuscule factionibus studuissent, aut affinū &  
 propinquorum ope freti, in exilium ciecli non es-  
 sent, in ciuitate remanserant, sed nec magistratus  
 gerere, nec dignitates ciuiliaq; munia obire poie-  
 rant: ij erant qui maxime omnium suspecti habebā-  
 tur, etiam ab illis ipsis, qui ne in exilium precipita-  
 rentur, affinitatis iure effecerant. Quippe illa tem-  
 pestate unis in tectis, una in familia, uel a parentib.  
 liberi dissentiebant de uita & sanguine. Inter tot di-  
 uersa ciuū studia, etsi potētiores erant q armis cliē-  
 telisq; q̄ qui suis artib. uiuerent, aut q alieno essent  
 animo, tamē metus & suspiciones undiq; in ciuita-  
 te uersabātur. alios imp. rij sollicitudo suspensos te-  
 nebat, alios fortunis exinanitos assidua exactionum  
 magnitudo terrebat: alij ne quid suspiciōis, aut esset  
 aut cōflaretur, summū periculū atq; ultimos crucia-  
 tus metuebant. multiorū erat timor, re autores rapi-  
 narū, quorū ipsi ductu raperent spoliarentq; aliorū  
 fortunās, imperio deicerentur. hæ res effecerant ne  
 cuiquam portæ ciuitatis, nisi muro crederetur. Bra-  
 chius ubi uidet tantum pauoris, ac trepidationis in-  
 uasisse urbē, etsi intelligebat unicā spem ciuium in-

Caroli aduentu esse repositam, nihilo secius, quo magis aut perterreret attonitos, aut sperantes in certamen prouocaret, cum quadringentis equitibus, trecentisq; peditibus ad muros ciuitatis sese ostendit, pugnamq; milites postulauerunt. Ciues, ut est ea gens totius Italiae longe bellicosissima, quum portis egredi nequirent, muris qua parte pressiores erant, cum armis sese iacentes ad pugnam animis pleni desiliebant. magna corruente multitudine, acerrimum initium est praelium. Ciues etiam illi ipsi, quibus bella dissipatione trahebantur, & gloriae ac laudis emulatione trahebantur, qui muris haerebant dispositi propugnaculis lapides ac tela coniciebant. multi utrinq; uulnerati, desiderati etiam nonnulli. Brachius reuelo nec uicto, nec uictore exercitu, quum aliquot militum uulnera subito liuore intumesceret, comperit tela quaedam mortifero tincta, atq; oblita medicamine: eamq; ob rem, mittit qui ad rectores ciuitatis tela ipsa deferrent, simulq; nunciarent, ne belli iura uiolarentur, alioquin sibi quoq; consilium non defuturum: insuetam hanc pugnae speciem Italicae genti, & ne cum barbaris quidem hoc modo solere dimicari. Decernunt, tot enim praerant ciuitati, statim decernunt, si qui eo genere telorum usus fuerit, capitali supplicio esse damnandum. Ad Brachium respondere, eius rei se ignaros esse, non placere sibi nec gentium, nec belli iura uiolari, & quoniam controuersia esset de ciuitate, contentos esse

rem suam non magis aliena pernicie, quam salute sua defendere. Praeconio deinde edici iubent, qui ueno tela tinxissent, contra Rempublicam esse fautores, quo crimine nullo apud eos maiore animaduersione & supplicio dignius. Dum haec geruntur, Brachio per speculatores significatum est, multum copiarum ab Arriminensibus coactum esse, Carolum Malatestam ciuibus auxilio uenire, ducere in armis equitum duo milia, peditum mille & septingentos. iam in fines Asisiatum peruenisse, esse cum illo in exercitu Angelum Pergulensem, & praeterea ductores alios non mediocris in re militari authoritatis. Hac re nunciata, per alios exploratores, quos consuetudine sua late dimittebat, certior fit, Ciccholinum praeterita nocte cum mille equitibus, totidemque peditibus ad Spellum, quod & ipsum est Umbriae oppidum consedissee: & fama increbruerat, non prius inde moturum, quam copias iunxisset cum Caroli exercitu. huc addebant, Paulum Vrsinum in itinere esse, iam Narem flumen esse traiectum. Brachius tot simul rebus nunciatis, adoriri singulos hostium Duces instituit, ne si cum uniuersis confligendum esset, nimium discriminis ac periculi subire, militesque a multitudine circunueniendos, ad caedem non ad pugnam obijcere cogeretur. citato statim milite, quod maturandum sibi quam maxime intelligebat, sub occasum solis mouit exercitum, multoque ante primam lucem, tota nocte in itinere consumpta, Spellum peruenit.

174 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
uenit. hostium pedites, statuis circa portas ac mu-  
ros crebri stipatiq; conserant, sit nocturnus impe-  
tus, in somno graue hostem. tum uero quantum su-  
bita res momēti habeāt, quanq; mortaliū animi ter-  
reantur maxime patuit: primo sublato clamore, tre-  
pidus hostiū peditatus nō arma capiēdo, sed huc il-  
luc fugiendo latitabat: non ordinē, non Ducem, nō  
signa sequebātur, sed qua piores esēt portae in op-  
pidū se pteriti recipiebāt, arma, uestes, tela passim  
relicta, pleraq; in ipsa fuga trepidis elapsa, atq; hu-  
mi iacentia calcabātur. interea Ciccolinus audita  
suorū fuga, ubi de hostiū aduentu cognouit, equita-  
tum, quē omnē ne agri pabula uastare, aut frumen-  
tū noctu asportare milites possent, intra oppidi mœ-  
nia cōpulerat, extra portas cōposito educit agmine.  
sed quo magis res erat improuisa, eo minus explicare  
re acie, proculq; a mœnib. procedere audebat. quae  
re cognita, Brachius tripartito agmine, tertiam partē  
copiarū obliquo tractu clam ad occupandas portas,  
hostēq; intercludendū dimittit, ceteris copijs a fronte  
atq; a latere inuasurus hostē: nec consiliū sefellisset,  
nisi oppidani qui uidendi studio ad mœnia confluxerant, & quantum nox permetteret prospiciebāt,  
Ciccolino iter obliquū hostiū nunciassent. ille red-  
ducto ad portas eqtatu, ne circūueniri posset, intra  
prima oppidi munimēta se cōtinebat, mox provocatus,  
ut sit, ad pugnam, leui cōmisso prelio, paucisq;  
ex suis amissis intra mœnia cōpellitur. hac uictoria  
quanquam

Quamquā minor spe fuit, peditatus tamē direptione  
 insignis est habita. Brachius q̄ ex captiuis cognoue  
 rat, omnes hostiū copias in Afisiatū finib. cōuentu  
 ras, quod ubiq; erat urū, unum in locū coēgit, spe  
 rans Pauli Ursini aduentū tardiore fore, ceterū Ca  
 rolū animo esse uasto, & ad glorie cupiditatē quā  
 periculi metū cogitandū procliuiore, minimē expe  
 ctaturū Pauli aduentū, existimabat. Hoc cōsilio, ne  
 hostib. quominus cōiungere exercitus possent, im  
 pedimēto esset, in sua castra reuertitur, sperans con  
 iunctis copijs, in præliū quod peditatu & equitatu  
 preualerent, esse uenturos. postridie eius diei, hostes  
 uterq; ex diuerso Afisium cōueniens, castra exerci  
 tus cōiungere. Perusini ubi primū de auxilio est nun  
 ciatū, subita leticia, priuatim publiceq; affecti, por  
 tas iam pridē muro septas aperiunt, mox turrib. mœ  
 nib. palatio, priuatis etiā adificijs luminari flāma di  
 stinctis, quo signo, magnis prosperis in reb. uti con  
 sueuimus, se quoq; ad pugnā parant, iuuentutē con  
 scribūt, arma, telaq; expoliūt: uideres seipso hortari  
 atq; excitare, muta iam pridē cōsilia, magno cele  
 brare plausu, alterū alteros gestiētī similit̄ intueri,  
 et q̄ minus letus ex ea re esset, eū plus leticia simu  
 lare. Brachius in castra reuersus, Tartalia, ceterisq;  
 præfectis militari. ad se uocari iussis, edicit ut oīa  
 quæcūq; cōmittēdo prælio usui foret, q̄ optime pos  
 sent cōpararēt, pximā instare pugnā, aut huius bel  
 li, aut utrūq; futurū sit, laborū atq; exilij finē. ipse cū  
 ad multam noctem uigilasset, tabernaculū solus in  
 gressus,



gressus, multa secum cogitasse dicitur. Occurrebat animo duplicatus hostium exercitus, duplo suis copijs maior, Pauli etiã aduentus, qui si ante quã cõfligeretur aduentasset, futura in hostium exercitu equitum quinq; peditũ ferẽ totidem milia. Tum Populum Perusinu magno numero, maioribusq; animis pugnae interfuturũ, iam nunc nondũ uictis insultantem & pene citra externã opem suis uirib. parem se facere, bellandũ esse alieno loco, equos suos in acie & diuturnitate belli confectos, hostiũ robustos atq; integros, & nunc tandẽ hybernis exeũtes, tum aut pugnandũ sibi esse, aut agrum totum amittendũ, nihil alienius esse quã præsidiarias manus per oppida disponere, campum hostib. liberum patentemq; relinquere: nam ut hostes non oppugnarent, fame tamẽ esse pereundũ. Huc accedebat bellicæ rei gloria inuictumq; ante id tempus nomen, si hosti cederet, magnã famæ suæ ac nominis esse iacturã, nihil paulo ante fundato imperio periculosius. quod si belli discrimen uellet adire, facile unum à tribus circũueniri ac uinci posse, quæ res multo cunctatiorem ad bellum faciebat. repetebat quã esset uaria atq; anceps fortuna belli, nec quicquã magis, quã ne superiorẽ felicitatẽ noua foedaret calamitas metuebat. hæc tamã ancipiti cura districtus, totã noctẽ insomnẽ egisse, etiam ipse confessus est. Cæterum ut sæpe ex longa cogitatione, sana & matura consilia, porro ex consilijs pulcherrimi rerum exitus oriuntur, multis

multis ultro citroq; unam in rem collatis, placuit om-  
 ni qua posset uia, prius bello decernere, quam tot si-  
 mul hostium copia iungerentur. Hoc ut facere posset,  
 quod ubiq; erat militum, equitum, peditumq; unum  
 in locum coacto, omnibus dimissis impedimentis, in la-  
 te patentes campos, quo hostis erat transiturus, com-  
 posito atq; instructo perguit agmine. planicies longe  
 magis quam late iacens a flumine Tyberi, qui a Se-  
 pentrione defluit in Meridiem recto tractu ad Orien-  
 tem, in Asisiatium pertinet fines. non procul a flumi-  
 ne hinc collis, inde Sanctum Gilium parua oppida a-  
 latere prominēt, quò sit in cætero tractu plane paten-  
 tes campi, hoc in loco paululum deuexi demittantur:  
 qua uero a meridie in collem attolluntur, paruis, sed  
 tamen frequentibus arbusculis increuit sylua. idibus  
 Iulij Brachius huc omni traducto exercitu, non lon-  
 ge a Tyberi flumine, qua hostem non multo post tran-  
 siturum existimabat consedit. aciem non in cornua ue-  
 terum consuetudine, sed nouo atque inusitato gene-  
 re pugnandi, quò post illud tempus usi sunt omnes, in-  
 plura consertaq; diuisit agmina: unicuiq; agmini suus  
 est duëtor, quadrati agminis caput appellant. Primus  
 enim præliari turmatim instituit, ante quem non singu-  
 lis primum, & modicis cohortibus, sed toto simul ex-  
 ercitu res cornu atque ala gerebatur. igitur omnibus  
 equitum turmis in ordine quam apuissimè collocatis,  
 pedites raros interiecit, hisq; imperauit ut equitibus  
 adessent, illos obseruarent, nusquam oculos ab illis  
 n flecterent.

flecterent, excitarent cadētes, uulneratos susciperēt,  
 hastas pugnātib; administrarent, pocula circum  
 ferrent, et quā commodē potuissent hostiliū equorū  
 alia suffoderent. Rebus sic peractis, mittit qui ē proxi  
 mo oppido dolia, cados, et uarij generis ingētia uasa  
 perferrent, quæ accitis statim mulieribus ad aquam ē  
 flumine deportandā, media post militū ordines collo  
 cavit: quæ res uel sola uictoriā præbuit. quod eo se  
 cit consilio, ne ardore solis belliq; labore defess; mi  
 lites ab ordine discedere, respicereq; ad Tyberim  
 cogerentur. ratus id quod postea euenit, hostes pro  
 pter anni tempestatem, solis æstum nequaquam diu  
 tius esse passuros, sed belli simul labore fatigatos, ad  
 Tyberim octingentorum passuum interuallo, deces  
 suos. Hæc ubi sunt peracta, paululum temporis per  
 moratus, procul inde quatuor milium spacio, uenien  
 tium hostium agmina conspexit, quorum paulatim  
 appropinquantium arma solis splendore percussa  
 fulgebant, & puluis ueluti fumus latē exurgens ne  
 bulæ speciem ostendebat: aspiciebantur iam com  
 positæ paratæq; prælio cohortes, quæ uel spe prælii  
 uel ut ciuib; quā instructissimæ bellicosissimæq;  
 uiderentur, magnificē se ornatisimæq; distinxerant.  
 Brachius ubi uidet hostem pugne intentum proce  
 dere, ueritus ne magna ui populus auxilio uentret,  
 peditibus aliquot ad occupandum fluminis pontem  
 dimissis, ceterum exercitum in acies plurimas distri  
 butum circuniens hortabatur: aliquæ erant exulum  
 cohortes

cohortes, quibus Malatestam Balionium, Pandulsi, quem a plebeijs trucidatum diximus, filium praefecerat, ad eas ubi hortando peruenit propior factus, in hunc modum locutus fertur: **P**OTERAM, inquit, Oratio Braui, utinam dicere liceret Perusini, & calamitate uestrae ad exstra, et hostium iniuria contentus esse, nec eos uerbis lesa hortari meis, quos dura sua excitare debeant facta. Tertius hic & uigesimus agitur annus, quo nos exili ciuitate, uage misereque acti, nec caelo nec terra stabilem sedem habere potuimus, nulla re quam longa futura tutiores: tandiu etiam parentes nostri multi iacuerunt, quorum iniurias ut ipsi non sentiant, nos recordari sine maximo grauissimoque animi dolore non possumus, nisi nostra mala paternas iniurias superauerunt. **N**EC facile quisquam aliena incommoda recordatur quem premunt sua. Equidem memoria teneo, plurimos ex uobis cum exilij mala complorarem, dicere solitos, saepe sibi de morte esse cogitatum: nec quisquam est nostrum, cui tam misera & laboriosa uita non morte fuerit aceribor. nam ut omittam patrium coelum, ut affines cognatosque nostros, qui non parum nobis possunt afferre desiderij, quid per uestram fidem mirius dici potest, quam tot uix spiritu sustentatos annos, non potum, non cibum sumere, non dormire, non uigilare sine perniciosissima mortis suspitione potuisse? quoties nos insidijs, quotiens ueneno tentati sumus? ubi gentium paulo diutius commorati, ut non statim missi sint, qui capiti uitaeque nostrae insidiantur,

rentur precium nostri sanguinis accepturi: ex oppidis in  
 oppida, e regionibus in regiones fugere, magis quam  
 ingrare compellimur, adeo nullo malo nostro contenti  
 perniciem quam exilium maluit: qui parentum quoque nostro  
 rum sanguine ac cadibus sunt cruentati, pudet dicere  
 que pati miseros oportuit, quum patriis eiectione laribus,  
 ciuitate ferro precipitabamur, quum parietes nostros me-  
 dio in fore crudelissime immansissimeque trucidatos, al-  
 lios deformatos naribus, alios manibus pedibusque art-  
 ticulatum casos, ac mutilatos relinquebamus: quanto  
 maiore effugimus numero quam nunc sumus? ubi sunt  
 illi ipsi, quos fugae atque exilii duces habebamus? id  
 me si queritis? alij inopia & fame, ueneno alij, non  
 nulli moerore atque erumna perierunt. quorum exili-  
 um hoc fuit miserius, quod in patria uel ab inimicis  
 qui occidissent sepeliri potuerunt. NAM ut uiuenti-  
 bus multi, sic morientibus inuidit nemo. Sed quid ego  
 aliorum mala commemoro, quasi si uero desint nos-  
 tra, nec pari nos iactemur tempestate, paulo post ipsi-  
 dem exilii fluctibus interituri. Beatum illum ac letum  
 iuuentae florem insueti generi, fortunaeque nostrae labor-  
 res excusserunt militares annos, & pugnacem ad hunc  
 diem aetatem, quam adhuc celeri labentem passu retu-  
 nemus, paulo post etiam si socium & quietem nacti  
 erimus, senectus absument. ubi iam exhausta uiribus &  
 sanguine effoeta reponemus corpora? ubi moriemur iam  
 dem miserrimi exules? aut quibus ossa nostra sepelien-  
 da demandabimus? haec tam acerba & diuturna ma-  
 la.

la si, ut sunt, ita uobis grauiata atq; aspera uidentur, non  
 dubito uirtute uestra euitari hoc die posse uno mo/  
 mento, & parentum nostrorum umbris satisfecerit  
 mus, & saluti nostrae, quam tot uariae procellae &  
 tempestates agitaauerunt, consulemus. Sit satis haec  
 nus fuisse miseros, iugum illud tamen graue nostri  
 exilij ut patienter ad hoc usq; tempus pertulimus, ita  
 nunc fortiter excutiamus, ne nimis didicisse miseros  
 esse, & nati ad exilium, non eiectioni, uideamur. Quos  
 usq; inimicos nostros tot scelerum impunes, ac lae/  
 tos esse, & parentes nostros inultos iacere patiemur?  
 satius est iniurias ulciscendo mori, quam uitam eas  
 negligendo retinere. NAM qui sic moritur, tunc etiam  
 ulciscitur, quum moritur. quò quid potest esse in mi/  
 seria pulchrius? contra uero, qui negligit tandiu ac/  
 ceptas, auget iniurias, donec earum testem uitam re/  
 tinet. Nihil animo magno & fortia atq; praecleara cu/  
 pienti potest esse pulchrius, quam INIURIAS ubi  
 patientiae modum excesserunt propulsare. QVEM  
 non natura solum ad uindictam armauit, sed etiam  
 excitauit ad gloriam? Aliud est querere gloriam, al/  
 liud ignominiam propulsare: illud honestè saepe non  
 curamus, hoc sine summo dedecore & turpitudine  
 non curare non possumus. Quod si gloriae cupiditate,  
 & maiorum ultione non tangimur, quoniam grauiata  
 que sunt, usu fiunt atq; assiduitate leuiora, nostra ta/  
 men necessitas impellat ad bellum: sin tot mala per/  
 peti a quo possumus animo, liberis nostris, quos me/

dia in fuga peperimus, aut si dii uolent, in patria pa-  
 riemus, consulendum nobis est. quod si hoc fortasse  
 ueremini, ne nimis seueri ultores futuri simus, mis-  
 sas parentū faciamus iniurias, saltem nostra tecla, no-  
 stros lares, prædia & sepulchra nostra repetamus.  
 quanquā quæ satis seuera ultio ijs, qui auos, qui pa-  
 rentes, qui germanos nulla causa interfecerunt? qui  
 nos è nostris laribus cubilibusq; nostris eiecerunt? qui  
 iam pridē inopia et fame percuntibus domos atq; a-  
 gros eripuerunt? ueremur ne nimis magnā ijs iniuriā  
 faciamus, q̄ nostris iniurijs nō cōtēti, ut, fraude, ferro  
 ueneno usq; quicq; uitæ capitiq; nostro insidiati sunt.  
 quotusquisq; est mortaliū, si pugno ictus, si paulo cō-  
 uiciosius aures appellata, qui non ira statim incēsus,  
 gladiū perstringat? sed multo maior iniuria nostra  
 est, uti nā patientiæ locus foret, et quos habuimus of-  
 fensor es, iisdē petētibus ueniā dare possemus: sed nec  
 illi sui sceleris atrocitate petere audēt, nec nos si pe-  
 terēt ignoscere paternæ pietatis uira paterētur. maior  
 est illorū scelus, quā quod ignosci à nobis queat.  
 Sed quid hæc loquor? quasi illa de ueniā impetrāda,  
 non de calamitate accumulanda cogitent? Agrum  
 quem uastauimus, Thrasimeni oram etiam illam  
 nauigabilem recepimus in potestatem, oppida cun-  
 cta quæ munierāt, aut ut nos subezimus, aut illa sua  
 sponte in deditionem deuenerunt: montosa & asper-  
 rima situ castella ad nos defecere omnia. urbem ut  
 nos quietem aut aliud ageremus agricole obside-  
 rent,

rent, non pedem efferre, non portas aperire audent: uidete quæso, indebilem pertinaciam, num de recipiendis nobis uel unum fecere uerbum? misere illi quidem legatos, sed quid aliud legati quam uerba dare, belli dilationem quaesierunt? quid facturos putatis, si hinc uicti uagè sparsimq; diffugerimus? quos intra mœnia nostra coercitos mitigare nequiuimus, eos nobis fugiēibus pacē daturos existimamus? credite mihi, aut hodie uincēdū est nobis, aut uictis misere in exilio moriendū. Nihil dico de gloria, nomen ipsum admonere nos potest, quandiu exules sumus, nihil tam ignominioso titulo splendoris esse potuisse: affinitates & conugia, quæ antea finitimis dare negabamus, nunc ignobilissimus quisq; fastidit: adeo nostra fortuna, nostri aspectus omni gēti sorduerunt. Semper ne igitur extorres exulabimus? semper fame atq; inopia excruciatī in miseria & calamitate uersabimur? & quis erit laborum finis, si etiam fugientibus pro capite arma ferre opus sit? hoc illud est tempus in quo modico breuis hora discrimine, perpetuum nobis paratum est ocium. Si hodie nostris utemur dextris, reliquæ uitæ non nostræ solum, sed liberum nepotumq; nostrorum consulemus. Nec est ea ratio exules, ut meliorem belli occasionem futuram sperare possimus: hodierna pugna totius belli finis erit, te oppida quæ cepimus, & urbs ipsa uictorem sequetur, nulla iam nec nobis, nec hostibus auxilia opperienda, quod habent utrium, id hodie



die in ultimum belli discrimen adduxerunt, quod me arum fuit partium, dedi operam ut quàm exquisitissimo loco ante quàm hostes cum urbano delectu coniungant, cum dimidijs eorum copijs præliaremur. Am nem uidetis interclusum, si sitim extinguere pergant hostes, ferro iter erit aperiendum: nam ut acri pugnent animo id curavi, ut non cum solis uobis esset illis, sed cum ardentissimo etiam aestu dimicandum, omnia nobis, dijs gratias, opportunè prouisa sunt: delectus locus, constituta in ordine acies, parata quæ fatigatis succurrât. pedites uestro præsidio intermixti, nihil nisi uestros nutus, uestros oculos intueri iussu si sunt: iam & mulieres ne solem timere possitis, auxilio præsto fuere. Si pares tantis apparatusibus adhibeatis animos, nos certè uicimus: exules. Quid etiã, si hæc grauissima forent, necessitas nos cogeret pugnaire, si non ipsa uoluntas impelleret? patiemur nos ignobilissimum quenq; regnare domi? patiemur abiectissimam plebeculam nobilissimæ imperitare ciuitati? domos nostras sanguine parentum nostrorum cruentatas, ab ijsipsis teneri qui occiderunt? Equidè sepe audiui, qui uolenta & manu illata morte perierunt, eorum umbras circa domos ac tecta uolitare, conari sepe uocem & piacula exposcere. quid si parentum nostrorum umbræ suas domos circummerrent, quos aspicient non interfectores suos? quid audient, non quotidianas execrationes? à quibus piacula & parentationes expostulanti, num ab ijs qui se nefarijs manibus

manibus interfecerunt? opem expectant uestrā, non qui ceciderunt solum, sed quos ludibrio inimici in urbe retinuerunt affines & propinqui nostri. Quibus quid potest esse miserius, alienum atq; inimicū uultum sumere: ubi doleant gaudere, ubi gaudeant dolere coguntur, adeò libertatem animi, quæ communis est omnibus dissimulare miseros oportet. Nihil dico de Magistratibus, nihil de diuitijs & libertate ciuili, nihil de contentionibus urbanis, iam pridem memoria exciderunt honores & dignitates, quas continuè apud inimicos intuentur: cogitate quantum acerbitatis, nam nobis quoq; idem est malum, nisi fortasse minus doleat, qui iniuria sua aures nō semper habet ante oculos, quàm quibus praesentes metuendi, sustinendiq; sunt illi. Qui domos nostras frequentare solebant, direpti, spoliati, nihil nisi dextras expectant uestras: Qui comitari parentes nostros, qui cum illis Remp. gerere, quorum magna pars ferro absumpta est, quas porrigere preces, quæ uota facere, quàm occultè tendere uobis timidas manus arbitramini? Suspiciate quæso illa in quibus nati sumus moenia, quàm cupidè hodie uos expectent: quæso item introspicite, uidete illa interiora templa, illic patrum matrumq; uestrarum iacent ossa. quid illa priuata nec tam eminentia adificia, ibi nati, ibi qui per hostes adolescere non licuit, primis in cunabulis educati sumus, quàm amice nos uidentur acclamare & implorare opem nostram? Quid

dicam illos supremos colles, quid hos campos, quibus etiam pueri uersabamur, & hunc ipsum Tyberim, tum hoc patrium coelum, quod in hanc lucem educi haufimus, quam pulchre ad bellum contra inimicos inuitant: ubi aut gloriosius uincere, aut honestius sepeliri poterimus, unde fugere turpius: Porrigite mihi dexteram uestram mei ciues, nam sic auguratur animus: per has ego uos appello, in quibus uictoria nostra sita est, ut hodierna die pulchrum facturi facinus pro uestra patria, quam uidetis ante oculos, pro uestris tectis, uestris in cunabulis atque fortunis, pro parentum gloriosa uindicta, pro salute & dignitate nostra, denique pro hoc ipso nostro tam pulchro, tam nobis amico coelo, ita fortissime dimicemus, ut aut fortiter uincendo, aut honeste moriendo perpetuo in nostris, parentumque nostrorum quiescamus sedibus. Hæc dicenti, una reddita est omnium uox, se aut uincere hoc prælio, aut mori statuisse. Eas acies, Brachius quod in his plurimum confidebat, primo loco post Tartalia aciem constituit. singulis in ordine collocatis, ad militum agmina progressus, eos quoque hortandos ad bellum, incendendosque pro periculi magnitudine arbitratus, ita disseruit. **Q**UVM belli uaria pericula cogito Milites, quæ me duce superastis omnia, tanta mihi uirtutis uestræ recordatio occurrit, ut nihil noui negotij putem expectendum: satis erit pristinae uirtutis admonuisse, eius hodie, si ut spero memineritis, uictoria

Oratio Brachij ad Milites.

REBUS GESTIS BRACHII LIB. III. 187  
uictoria in manu est. Exhibete mihi, quaeso, illas uictrices dextras, quibus me ad Picentes, pauci a plurimis defendistis, quibus Cingulanū populū compulistis intra moenia, quibus Fauentini qui transitū per suos fines facere prohibebant, alius quā uellem cecidere, quibus Romæ Regem pugna, Gallos uirtute, omnes gloria superastis: non dubito qui fortissimas gentes uicistis, ne ignauissimam non superetis, nec uos armorum deterreat uanus fulgor, quæ paulo post uestra futura sunt, illi clypei, illæ hastæ, quas procul uenientes intuemini, hostium fugæ, nō uestræ uictoriæ impedimento erunt. Gens imbellis & domesticis emollita delitijs, quam nimis imperiosus Dux, ad numerum, non ad pugnam domo exciuit, multum prædæ, nihil periculi adfert, ut nos negligentius pugnemus, aciem nostrorum oculorū diutius ferre non poterunt. An uero quid nomen ualeat ignoratis? tremere nunc hostem sub armis, non sua magis ignauiā, quā fama uestra cogit. Tot magnifice gesta prælia, tot illustres uictoriæ, tot expugnationes quibus ante hanc diem inuicti reputamini, non latent in angustijs Milites, sed cunctam Italiam, omniumq; hominum animos peruagantur, et QUI TIMIDE accedit ad prælium, de fuga cogitat, non de uictoria sperat. Quid putatis futuros hostes, quorum alij bellorum insuetudine, alij fama uestra omnes perterriti, omnes a liberis & coniugib. euulsi, ad domos suspirant. nec magis uos  
milites

milites primam in frontem progrediemini studio bel-  
 landi, quàm illi ad terga suorum fugitabundi delite-  
 scent. ueterani si qui sunt hostium milites, quos ille  
 per oppida disiectos uxoribus eneruandos exhauri-  
 endosq; disperferat, desueta iam bello sunt, & lon-  
 go ocio soluta corpora, nequicquam nostris cicatri-  
 cibus, & duratis callo lacertis, congressura. quæ ut  
 minus à nobis prælio uexentur, sitis atque æstus  
 absument. Equi eo robustiores sunt, quo magis exer-  
 citi, **N** **E** **C** solem facile patitur, quem diuturna com-  
 plexa est umbra: **T** **V** **M** magnum pugnantibus inci-  
 tamentum præda est: opes nostræ quàm angustæ sint,  
 ne ipsi quidem ignoant hostes, galeam, lorica, tho-  
 racem, ocreas, tela, equos, hæc nobis eripere uictor-  
 res possunt, hæc sunt quibus discrimen belli, ne ipsi  
 quidem, qui bello uiuimus putaremus adendum,  
 quid hostes quàm longa pace, quàm recenti expeditione  
 atq; apparatu opulenti? non nobis cum armis atque  
 equis est bellum, quos spoliatis auferamus, pro cal-  
 ptiuis redimendi erunt, quos ceperimus, non pro mi-  
 litibus dimittendi. Superiore Gallico bello una excur-  
 sione octoginta milia numum præda præcium acce-  
 pimur, quæ ex tot simul captiuis sperare debebimus?  
 Nam arma illa procul micantia, magis sunt ornata  
 quàm firma. delecta ex oppidis iuuentus phaleris  
 atq; armis tota nitet, cæterum animis ingens trepida-  
 tio & pavor officit. Quas opes dij immortales, quæ  
 aasa argentea, quantas pecunias Arrimineses lon-  
 ga pace

ga pace congesserunt. ij sunt, quos iam non longe  
 aspiciatis, ueluti ad nuptias molli apparatu uenientes,  
 stringite modo gladium, nihil dubito profugituros.  
 nec enim Arriminenses Fauentinis finitimis suis for  
 tiores erunt. idem tractus terræ, eadem ora est, nisi  
 quod isti longiore ocio torpuerunt. quanta cædes Fa  
 uentia facta, quàm nullo prælio, tot milia hominum  
 fusa fugataq; sunt? quum ad Pisaurienses penetraui  
 mus, quantum prædæ in Arriminensi actum, quàm  
 nihil ausi sunt graues præda impeditosq; inuadere?  
 quid nunc animi habituros putatis, alieno solo, pro  
 alieno imperio bellaturos, cum ijs ipsis quibus suis in  
 sedibus, pro suis fortunis congregari non sunt ausi?  
 NON facile exurgit qui semel deiectus est animus.  
 Nam de multitudine quid attinet dicere? fato quo  
 dam nostro sit, milites, ut nunquam pari numero con  
 gressi sumus, & uos iam pridem uincere multitudi  
 nem didicistis. Testis est Michilectus, testes isti ip  
 si Arriminenses & Fauentini, quos maioribus quàm  
 nunc sunt copijs Camerti agro, Fabrianensiq; fuga  
 uimus. testis hic ager Perusinus, ubi quum multi uno  
 in exercitu Duces conuenissent, subito conspectu no  
 stro ad Tyberim defugere. Testis ut alios taceam,  
 potentissimus Rex, Arretio fugatus, Romæ deiectus,  
 Sora pulsus uestra uirtute Milites. Nam alij quid op  
 pis tulerint, non est necesse aliena facta commemo  
 rare. Dijs gratias, eo animorum uentum est, ut multi  
 tudo contemptui sit uobis, paucitas uerecundie. nam  
 ij ipsi

¶ ipsi, q nulla iniuria nisi militari laceſſiti à nobis,  
 contra nos aliena capeſſunt bella, ſepe quid ueſtra  
 dextra ualeant experti ſunt. Quo magis eorum Du-  
 cis pertinaciam demitor, quem totiens cognita peri-  
 cula terrere non potuerunt? Voluimus tranſire ad  
 Gallos, iter per Arriminenſem impediēbat, Piſauro  
 cum præda reuertebamur, præſto nobis à tergo, à  
 fronte, ac ſe, ac militem obiecit ſuum. Patriam recu-  
 perare contendimus, uidete quàm importune ſeſe in-  
 gerat nobis? Nimirum hic ſanguinem ſitit noſtrum,  
 qui etiam inuitos ſuos trahit ad alienum bellum,  
 & exilium meum, pro regno habet: quo in bello la-  
 pides ſi poſſent, aliquid mihi ferrent auxiliij, hic u-  
 nus ex omni Italia eſt infeſtus. Quæ tandem iſta eſt  
 immanitas? ſi quis toga acceptos ſuum in prædium  
 diuertere nos uetaret, quantam facere uideretur in-  
 iuriam? At hic, ne ad patriam, ne ad propinquorum  
 amicorumq; amplexus accedam, nefarijs obſtat ar-  
 mino nō hoſtili. Defendite me ab inimicis Milites,  
 qui totiens ab hoſtibus defendiſtis. Si unquam forti-  
 ter pro mea dimicaſtis gloria, nunc per inuictas, me  
 ducē, dexteras oro: pro mea uita, pro meo ſanguine,  
 pro mea illa quam ſuſpicitis patria, multo fortiſſimè  
 dimicetis, ex opulentiſſimo hoſte ingētem prædam,  
 ex me digna uobis reportaturi hodie præmia. Re-  
 ponite me meis domibus, quem tandiu errantem ſe-  
 cuti, nullo in periculo deſeruiſtis. Hæc dicentem  
 magnus

magnus uibrantium clamor interpellauit, nec unquam magis exarsere militum animi, quos certatim fortissimi cuiq; data ducis manu hasta, magis magisq; accendit, uoces magnifice undiq; exaudiebantur: His hastis, pulcherrimum facinus ante ducis oculos esse facturos, & quo suum quisq; studium in Brachium declarare cupiebat, eo de se fortius polliceri: hunc diem testem uirtutis amorisq; daturum. Pleriq; bellandi ardore non expectandum hostem, sed ultrò adoriendum censebant. At Brachius quòd locum delegerat quam æquissimum, unde aditu suminis hostem intercludebat, unoquoq; in ordine manere iusso, post Tartaliam atq; exules, quos prima fronte constituerat, militum disponit agmina, in crebros & confertissimos glomerata orbes: signa autè militaria, & belli uexillum, post syluam in occulto haberi iussit, quo magis suspensum teneret hostem: hic inermem, & penè inutilem adiecit multitudinè, quæ eminentibus supra syluam hastis, integri & signarij agminis speciem præferebant. Iam hostes ubi ad mille passus appropinquauère, paulisper subsistentes suam & ipsi aciem tripartito agmine, & in cornua producto exercitu parauerunt. primi agminis ductor Angelus Pergulensis, in quo equites erant circiter mille, pedites octingenti. alteri agmini pari equitatu, peditatu aliquanto minore præerat Ciccholinus. ultimam aciem Dux ipse, mille & quingentos equites, pedites octingentos, col-  
 lectum



Oratio Caro  
 in Malatestæ  
 ad Milites.

lectum ex omni exercitu robur anteibat, nec deerant, qui militum animos incenderent uerba, nunc qui præcedebant, nunc ad sequentes conuersus magnificè hortabatur. HABEMVS, inquit, occasionem Milites ulciscendi tot illatas nobis iniurias, cum illis bellum nobis est, qui Cesenatem depopulati agrum, non contenti præda, mulieribus contra iugentium iniécere manus, & arcem expugnata, igni ferroq; uastauerunt. Camertes contra nos neq; publico foedere, neq; priuata inter se amicitia, sed capitali odio nostri defenderunt. tum ex Gallia usq; tot dierum itineribus decursis ad nostros fines prædabûdi uenere, pecora atq; agrestes abegere in prædam, uillas non hostili impetu, sed inimica manu incenderunt, qui nisi aliquid ultra bellum agitassent, non tantum exhausissent laboris, nunc poenam tot scelerum daturi, nisi uana uos deterreant nomina: nam illa temeritas improuisis nobis terrori esse potuit, nunc consulto ad bellum imus, tunc numero impares, nunc duplo maiores, ut circumuenire hostem, nec uictoriam modo, sed certam fugam sperare possumus. Non eodem milite res agitur, nec uos insignia illa decipiant, nã quos in Piceno uidimus, pars secuti Paulum sunt, quem ut nostra omnis pernes uos esset gloria belli expectare nolui, pars Bononiæ relicti præsidio. Hæc exulum omnis est manus, illis nec equi, nec arma abundè sunt, quos inanis spes recuperandæ ciuitatis exhaustos  
 iam pri

iam pridem, & uagè deiectos, ad patrium contraxit  
 bellum: equi in acie confecti, arma plerisq; raro an-  
 tea capi solita, sed facite equos, arma, usum belli, atq;  
 corporis atq; animi uires, deniq; omnia egregie ho-  
 stis habeat, quàm facile est uincere interclusos: hinc  
 populus imminet, hinc noster altero tanto maior pre-  
 mit exercitus, **N** **E** **C** homo plus quàm hominem ua-  
 let: suæ cuiq; manus, sui pedes sunt, nec quisquam ma-  
 gis acer oppugnator salutis alienæ, quàm cautus de-  
 fensor suæ: sed **Q** **V** **I** terga uertit, hosti ferendum se im-  
 punè offert. Nec ulla tam fœda uulnera, quàm quæ  
 tergo excipiuntur: contra, nulla honestior quàm ad-  
 uerso in pectore, fronteq; cicatrix. **Q**uid quod hoste  
 tam nunc timere uidemus sibi ipsi dissidentem, qui ut  
 falso nos terrerent metu, perextiguum exercitum fre-  
 quentia diuisere in agmina, quasi numero illa non ro-  
 bore constarent: si uicerimus, Milites, quod scio futu-  
 rum, omnis hic tam late patens ager, nostro cedit  
 imperio. **V**rbis illa cuius tam superba uidetis mœnia,  
 nostra futura est: tum hostes uincere, etiam si parum  
 foret prædæ, pulcherrimum est. Sic lupos saepe laqueo  
 petimus, non tam prædæ gratia, sed ne quid ouilia  
 nostra corripiant. omnia tuta erunt nobis hoste pro-  
 fligato, & ultra imperij fines, quos una uictoria lon-  
 ge lateq; propagabimus. nihil regni nostri exactioni-  
 bus opus erit, huius urbis uefligalia satis nobis sti-  
 pendij dabunt: nec solum tuebuntur illa sese nostris  
 auspicijs, sed magna imperij accessio, quæ uobis quo-  
 que

que cupienda est. Nouarum rerum, magnarumq; expeditionum initiū erit, nec solum dico de præda, que omnis futura uestra est, sed de gloria multo magis, que communis mihi uobiscum erit: ite modo alacres ad bellum, & hæsitantem iam pridē hostem, ubi cinctū habebitis, stricto mucrone adoriamini, ulturi ho die tot indignè acceptas iniurias. Exiguū iam inter uallum utranq; acie dirimebat. Brachius Tartariam cui primam aciem ducendam dederat, cum aliquot suis turmis contra hostem ferri, reliquas subsidio paratas esse iubet: nec longo interuallo Malatestam secundi agminis ductorē, pressa galea, intentisq; hastis pugne euentum expectare, & ubi signum daretur paratum esse ad impetendum hostem: pariq; spacio Cherubinum instructa parataq; acie constituit. ipse extremo loco subsidiaria collocata manu, peditum alijs equiti intermixtis, qui hostiū suffoderent equos, alijs ad occupandos dextra leuaq; transitus, dimissis obliquo cursu, triginta stipatus hastatis, suorū agmina prætergressus est. nec hosti defuit animus. Prodire iussi cōfestim aliquot equites, qui manus cū illo consererent. Hoc modo leuiter duobus in locis pugnare coeptū, Angelus Pergulensis, parte suorū contra Brachium missa, subsidio suis modico spacio uenebat: Brachius magna ui pugnans, repellitur. huic Malatesta quem paratum prælio dixi, cum parte equitatus succedit tanto impetu, ut dissipati hostes, in reliquum refugere exercitum cogrentur: captiq; sunt equites septuaginta

septuaginta. quibus statim spoliatis, equos atq; arma  
 peditibus distribuit, iussosq; armari in nouum prodie  
 cit agmen, & quid unum quenq; facere uelit osten  
 dit. ipse pugna egressus, quid hostis, quo tenderet ob  
 seruabat, simulq; ut quum auxilio opus esset prouisa  
 forent, nihil ordines interruptura subsidia. Tartalia  
 fortissime pugnate, uel potius insequente, Angelus cum  
 parte equitatus, quem subsidio uentre dicebam, fugi  
 entes suo excepit agmine. sed nec ipse firmato gradu  
 procedere ad pugnam est ausus, uel metu tanti impe  
 tus, uel quod uerisimilius putant, lassationem ordi  
 num opperiens. At Brachius ubi uidet hostem uel de  
 tractare pugnam, uel differre, cum quadraginta equi  
 tibus hostium agmen aggressus, magno conatu pel  
 licere ad praelium non potuit: quocirca utendum oc  
 casione ratus, Tartaliam reuocauit, milites atque ex  
 quos ad dolia subducens reficiendos curauit. Diu de  
 inde in mora stetit utraque acies. quæ res Brachio  
 perniciofa uidebatur, si aut colligendi sui spacium  
 dedisset hosti, aut cum populo coniungendi, tamen  
 utrinque inuadendi commoditas expectabatur: uter  
 que Dux ad tempus atque locum intentus tenebat  
 oculos. Carolus moræ & calor impatiens, pro  
 moueri uexilla, & confertissimum suorum agmen  
 in longissimum extensum cornu subsequi iubet.  
 iam ducentos passus processerant signa, quum  
 Brachius ueritus ne multitudine hostis circunueni  
 endi sui consilium ceepisset, simul ne cum populo iun  
 geret,

geret, quem magna turba aduentare missi speculatores referebant, uarijs in locis petendum uno tempore hostem constituit, ne tota mole belli, aut elaberentur hostes, aut premerent: ratus id quod res admonerat, quod frequentia haberet agmina, facile hostes à fronte, à laua dextraq; posse tentari, qui si paululum ordine recederent, quod non pari arte distincta essent agmina, facile profligari posse. Nec consilium fefellit: quippe ubi tot simul locis factus est impetus, necesse fuit hostem uno cornu protensum, ad omnē simul partē resistere, et alios aliò cōuerti, nullo nutu, nullo Duce. Cōtrà Brachianā turmā, singulæ quæq; suum ducē sequi, suū ordinem seruare edoctæ, facillimè omnē in partem conuertebātur. Igitur Brachius signis hostium promotis, Tartaliæ cum eodem equitatu præcepit, ut obliquo itinere, Pergulensem, infestis peteret telis. Deinde qua parte uexilla erant promota, centum lectissimos dimittit equites: ijsq; ostendit à latere uexilla aggredienda esse, & aut quantis possent uiribus consternenda humi, aut quo minus ultra deferri possent esse retardāda: tum à tergo quinquaginta equites idem agmen adorti, sed hi tantam hostium multitudinem defatigare magis, quàm uincere poterant. Ciccholinus qui signarijs præerat, pugnam magis quàm prementem militem, facile à signis repellat: tamen tanta paucorum erat & tam ad uelocitatem ordinata celeritas, ut hinc alij repugnaret, inde alij quā minime hostis rebatur, incurrent.

rent. itaq; Ciccholinus paucis tuendi uexilli negocio dato, ceteros quã hostis premebat capeffere bellum iubet, sed nullo conuersi ordine, quum nunc hinc pugnarent, nunc illò occurrerent, sibiipsis erat impedito. Brachiani milites paulatim ut erant admoniti, pugnando cædendoq; procul à signis hostem retrahere conabantur. Pari arte Tartalia Angelum adortus, non multum procul inde dimicabat. Brachius fessis ad dolia reductis, integros submittebat. sic compoti ac refecti statim & milites & equi, ad prælium maioribus redibant uiribus. uictoriam hæc una res peperit. Quippe multitudinem etiam sine certo ordine uarioq; bello intentam, pauci dissipare non poterant, & undiq; in frontem aduersis hostium telis, iam uno totius agminis orbe resistebatur: non unquam factò impetu, exiguæ turmæ quasi dimota hostium mole excutiebantur, & gradum ultra quam opus esset referre cogebantur. Sed sole iam ad mediũ diem ardentissimo calore exæstuãte, hostes paulò ante factò itinere defessi, nec puluerem, nec situm pati poterant. Tum radij medium obtinentes cælum, ipsam quoq; succenderant terram. Inde densissimi exorti uapores, caligine atq; æstu cuncta compleuerãt: hostium crebri inter arma & laboriosi halitus sentiebantur, nec respirare, nec galeam sine periculo lassare poterant, ora, oculi, supercilia, feruenti conpersa puluere, tum membra largo atq; urenti sudore persusa liquebant. nec minor equorum lassitudo,

quorum non modo lassæ cadentes linguæ, exertaq̃  
 ora uidebantur, sed disfluente irrigati spuma, ne sti-  
 mulis quidem perciti, ipso in prælio medio conatu de-  
 ficiebāt. contra Brachianis equis ac militibus compa-  
 rata quæ sitim ardorēq̃; leuarent aqua, uinū, acetum  
 uires mirificè confirmabant, quibus ad dolia propes-  
 rantibus parati, qui pocula suggererent pedites. nec  
 opus erat equo descendere, simul equi dolio, simul  
 milites peditum manu compoli, pugnam ardentius  
 instaurabant. Ergo hostes siti, puluere, sole, labore,  
 tot simul malis circumuēti languidius pleriq̃; pugna-  
 re, alij ad Tyberim recuruo tractu deflectere cœ-  
 perunt. Brachius ubi uidet exinanitam signorum ac-  
 ciē, & milites lassatis ordinibus palantes ad Tybe-  
 ris ripā deferri, conuersus ad Malatestam, quē exuli-  
 bus præesse dicebamus: Victoria (inquit) nostra est.  
 fac quantum maximum potes impetū in signariam aci-  
 em. consterne ad terrā et perturba inimica signa: ite-  
 nunc Exules, uirtute uestra finite bellū. qui dicto au-  
 dientes, subito uelut turbine fessam iā & deficientē  
 aciem, petiuere tanto cursu, ut densissimo quæ proce-  
 derent excitato puluere, nihil oculis cerni posset. ho-  
 stes iam pridē defecti uiribus, nec perstringere gladi-  
 os, nec habenis moderari poterant, ictus tamē iam si-  
 ne sensu crebros excipiebant, & quos antea sua mul-  
 titudo à fuga deinuerat, nunc matore recentū hostiū  
 inuasi numero, impetū sustinere nequiuērunt. uexilla  
 strata humi, laceratāq̃; fuis ac fugatis, Brachius ex-  
 peditiore

peditiore manu à fröte occurrit: Cherubino ad Tar  
 talia agmen confirmandū, augendumq; dimisso, præ  
 cepit, ut Angelo profligato, Caroli paulo recentiorē  
 alā diffunderet, ipse fugientes capi, ligari, trahi peco  
 rā more, iubet. Inter hæc Angelus, cū egrē uni Tar/  
 talia restitisset, Cherubini aduentu, terga quā effu  
 sissimē conuertit in fugā. omni exercitu contra Caro  
 lū immisso, Brachius primus stationes irrupit. Ferunt  
 Carolū duu pugnae euentū securum expectasse: cui cū  
 esset sepe nuntiatū, carpi paulatim exercitiū, atq; om  
 nia exhausta uiribus agmina, male rem gerere, nihil  
 credidisse, sed ueluti media in pace, nobiliū more cō  
 messantē, uix dato equitandi spacio, circumuentum  
 esse. fusus fugatusq; miles à peditibus, quos transitus  
 dixerā occupasse capiebatur. Omnium longē miserrī  
 mū erat, duos tresue captiuos à singulo quoq; uictor  
 re ligatos, ueluti greges agi. Maximē omnium Nicolai  
 Picinini tūc gregarij militis, memoria mea summi du  
 cis, uirtus eo prælio laudata est. capta fuere equitum  
 circiter tria milia, pedites, equitesq; ducētī desydera  
 ti, equorū ingēs facta strages. Ciccholimus quoq; for  
 tissime pro patria & salute dimicans, capitur: duoq;  
 Caroli nepotes, multiq; ductores agminū capti, atq;  
 in uincula cōiecti sunt. septingenti custodiae traditi fe  
 runtur, ceteri militari more dimissi. Angelus Pergu/  
 lensis, ex tanto exercitu, cum quadringentis equiti/  
 bus, testis tantæ calamitatis, euasit. Carolus ad Bra/  
 chium perductus, nō minus uictorē clemētē, quā  
 0 4 hostem



hostem ferocē est expertus: primū equo descēdere at  
 que arma deponere iūsum, ipse detecto capite, quod  
 est honoris et obseruatiē signū, humanissimis coepit  
 consolari uerbis, monere ut eos fortunē ludos equo  
 ferret animo. hac demum uarietate constare bella, ut  
 nunc uictores nunc uicti sint, qui manus conserunt,  
 nec quicquā magis esse mutabile, ideoq; ancipitē uo  
 cari fortunā belli. non tam illi dolendū esse quod ui  
 ctus esset, quā letandū quod ab amicissimo hoste ui  
 ctus, cogitaret tot acerbos casus uolētē mortis, quā  
 si fata semel à se uno uinci statuisent, ceterū cum a/  
 lijs uictorē fore: non illū turpi fuga interceptum, sed  
 gloriosissima belli acie superatū esse, hic animi magni  
 tudinē praestari oportere. **R E S** secundas facile pati om  
 nes: aduersas sustinere magni animi opus esse. **V I R/  
 T V T E M** nulla re magis declarari quā aduersa for  
 tuna. Multa in hunc modū quum essent dicta, serunt  
 ad leuandū animi mœrorem, sepe Dominū appellas  
 se: illū in calamitate non oblitū fortuna sua, irato si  
 milē dixisse: Immo uero tu qui uicisti Dominus. Om  
 ni profligato exercitu Brachius paruū equum afferri  
 atq; eum ascendere Carolum iubet, captiuos omnes  
 qui erant redimendi, primū Torstianum, mox Fractu  
 lam deducendos, ac militibus diligentissime obseruā  
 dos dedit: Carolū non modo in uincula nō conijcien  
 dū, sed in summo habendum honore, & ne quid  
 nobilitate sua indignum pati posset, prægustationes  
 omnium rerū faciendas, custodibus iussit.

## IOANNIS ANTONII

CAMPANI EPISCOPI APRVTI

DE VITA ET GESTIS ANDREAE

Brachij Perusini, Italicae militiae Imperatoris

olim Strenuissimi, Liber

quartus.



A calamitate accepta, Perusinos tam subitus pauor, trepidatioq; tanta inuasit, ut primum uarij luctus in ciuitate audirentur, mox compressis uocibus, luctu obscurius silentium, tota urbe secutum, nemo forum adire, nec alter alterum intueri audeo. Defuncti iam externis malis, domi pessima quaeq; metuebant. affore iamiam inimicum uisum existimare, & ut quisq; sibi maxime conscius erat, ita in se crudelissime saeuituum. Occurrebant tot nefariae illatae caedes, omnes una hora uindicandae, & quicquid non modo facere hostis posset, sed etiam cogitare crudelitatis facturum putabant. Hunc publicum moerorem, priuatae potentium lamentationes excipiebant, ultimum uenisse sibi, familiaeq; suae diem, satiatum iam iri tam longam inimicorum rabiem, suo sanguine foedandas quas tandiu tenuere alienas domos, nunc demum caesis parentibus, & propinquis, quo tardius, eo acrius hostens

hostem parentaturum: & ut uitæ parceret, ut nulla  
 per inimicas manus elaberentur corpora, in exilio  
 tamen miseris domi assuetis esse moriendum. iam ex  
 perturos, quàm misera fuisset inimicorum uita dum  
 exulassent. in tanta uirorum acerbitate, mulierum  
 obscurior erat faciès: aliæ squalida ac miserabiles in  
 templa confugiebant: aliæ domi tacite, moestæq; ser  
 se obserauerant: quarum magis ea res interesset, es  
 rum claustris resonantes audiebantur ululatus, se sur  
 osq; uiuos atq; mortuos complorantium. in tanta  
 publico luctu, pauci fuerunt, qui maximis malis alit  
 quid si non remedijs, saltem consilij quærerent. Vni  
 uerso populo uocato in concionem, Decemuiri com  
 memoratis tot simul acceptis incommodis, defectio  
 ne totius agri, calamitate tanti exercitus, & quod  
 longe omnium molestissimum ferebant, capto Ciel  
 cholino, nulla iam ne spe quidem auxiliij propofita,  
 hostis uictoris tam late auctis uiribus, tandem de tra  
 denda urbe agendum censuere, nec ullam conditio  
 nem recusandam, rati se tutiores hac uia futuros ab  
 exulum furore. Placuit primum caduceatorem ad  
 Brachium in castra mittere, qui legatis eundi poter  
 flatem impetraret. sed ille in meritoriam diuertens  
 tabernam, & ut est genus hominũ, nimio potu cont  
 fectus, intra uepres sese uino somnoq; grauem deiel  
 cerat. quo non redeunte, magis dubitari coeptum  
 est. Verebantur enim nihil hostem, nisi ciuium clat  
 dem petere, eamq; ob rem caduceatorem, aut uin  
 cisi

ciri, aut necari iussu existimabant. Quæ res magis  
 ac magis perterruit animos. Sed ijdem illi, quorum  
 uirtus impericulis non defecerat, Cinellum, quem Bra-  
 chij consobrinum diximus, ad cum in castra mitten-  
 dum decreuerunt: solum esse ducentes, in quem ne  
 hostis sequiret, humanitate fortior necessuudo defen-  
 deret. Huic edicitur, ut omni nitatur ope, precibus  
 efficere, quo legati tuto accedere ad Brachium poss-  
 sint, & dedenda urbis consilium aperiat. hortetur  
 quam maximo possit studio, ne ultro delatum reijci-  
 at imperium. Ille, ut erat imperatum, profectus in ca-  
 stra, perbenigneque acceptus, mandata exponit:  
 missum se non quidem pro legato, sed ut legatis  
 tute ueniendi potestatem exoraret. Brachius ut de-  
 cebat admiratus, caduceatorem perquirendū iubet.  
 qui semisepultus uino compertus, nec ad se excusan-  
 dum, nec ad responsum referendum exoluere lin-  
 guam poterat. Hic, inquit, ad me uenit, & tabel-  
 las subsignauit, & saluum ac tutum aduentum le-  
 gatis renunciari iussi. Cognito errore Cinellus, ca-  
 duceatorem statim remittit. ipse paululum, ut sit, se-  
 cedens, Cras, inquit, legati ad te uenient primor-  
 res ciuitatis, & publico consensu omnium imperi-  
 um deferent. Qua re audita Brachius suspensus ali-  
 quandiu, & attonito similis hæsisse ferur. Excita-  
 tus deinde à Cinello, & quidnam tanta in re cogi-  
 taret interrogatus, B G O, inquit hoc cogito, etatem  
 meam omnem ad hunc diem sine labe esse transa-  
 Etam,

204 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
flam, in maximis calamitatibus, nulla me suspicio/  
ne criminis notatum, nulla aspersum perfidiae macu-  
la, nunc secundis rebus ad patriae occupationem in-  
uitor, & quem aduersa olim non potuit, secunda  
nunc fortuna faciet me nocentem? Huc adde, tot ei-  
xules, quorum par conditio exilij fuit, dominum ad  
seruitutem secuti uidebuntur, nō periculi socium ad  
libertatem. Quid aliud patria pulsos tot ciues pu-  
tas, nisi quia priuatam tyrannidem noluerunt fer-  
re? Quo animo manifestam seruitutem laturus exi-  
stimas, qui occultam paucorum potentiam pati ne-  
quiuerunt? Etsi magis mea me gloria, quā illorū  
impatienza mouere debet, **NVLLA** turpior cupi-  
ditas & sceleratior, quā patriae, cui tu parere de-  
beas, imperium querere. Et certe quantum ad liber-  
tatem spectat pares sunt, quos eadem moenia cin-  
gunt, quorum eadem sunt tecta atq; sepulchra. An  
ego parentum umbris tam me superbe inculcabo,  
ut quem supplicem erant inspecturae, patriae uiolato-  
rem intueantur? Qui ne tyrannidem paterentur,  
liberi occidere quā uiuere oppressi maluerūt. qua-  
mente, prolem suam, mortuis sibi ne in libera quies-  
cant patria, seruitutem asserre patientur? an hoc  
quoq; non cogitem, **VIOLENTA** regna diuturna  
esse non posse? **ET IN** patria occupanda non modo  
iniustam uim, sed nefariam impietatem esse subeun-  
dam. Ad haec Cinellus: **QVAE** dixisti inquit om-  
nia uera esse, ne inficias quidem eo, ceterum tunc  
**MAXIME**

Oratio Ci-  
nelli ad Bra-  
chium

MAXIME peccatur, quum superstitiosus peccandi  
 timor, officio obstat. cogita, quanta ciuium strages  
 futura sit inhibente nemine? NE QV E enim faci-  
 le sedatur ira, quam ulciscendi stimuli accende-  
 runt: & tu exules reducere cupis, & ciues recipere  
 coguntur. difficile dictu est, nno momento statim  
 placatos esse, quos hinc metus suspectos, inde iniu-  
 ria iratos facit. Sape etiam fratres regnandi cupidi-  
 tas armauit, & regni est cōcertatio, ubi de statu &  
 ciuitate contenditur: quo si odium capitale, si cades  
 parentum, fortunarum ereptiones, tot deniq; uariæ  
 iniuriæ accedant, qui modus ferro esse potest? nec se-  
 mel tot mala perpetienda sunt, ubi commodior erit  
 occasio, continuæ cades fient, tantis simul pericu-  
 lis uno remedio obsisti potest: neq; enim hoc inua-  
 dere patriam est, sed conseruare. NECESS E est pu-  
 blicam auctoritatem adhibere, quum priuata resisti  
 hominum furori non possit. Nam quod ad exules  
 pertinet, satis illi debere tibi fatebuntur, si se in pa-  
 triam reduxeris: franget hoc beneficium, quamuis  
 elati animi pertinaciam: nec turpe putabunt ei de-  
 ferri imperium ciuitatis, qui ut ipsi ciues essent esse  
 cerit. Multos iam errauerunt annos, & nisi quam-  
 tu ostendisti, nunquam ne spem quidem redeūdi co-  
 gnouerunt, non modo libertatis, sed etiam iniuria-  
 rum obliti. Satis iam, satis sua mala tam longa do-  
 cuerunt, SATI VS ESSE domi mediocri esse  
 fortuna, quàm foris nulla. Ciuitas nostra pati iam in-  
 gum ime

202 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
gum imperij didicit, maiores tui pontificibus parare,  
& paulo ante Regem secuti, qui domi regnabant,  
seruire potuerunt: quanto pulchrius erit, illum  
conseruare ciuitatem, qui in ciuitate natus est. Tum  
pudendum esset, si cadentem & sese cruentantem,  
Patriam quam posses defendere, tueri nolles. tum et  
tiam pudendum, si ita ciuibus imperares tuis, ut ar  
mares ad cladem. sin scelera arceas, stragem inno  
centium fieri uetes, & tuam & alienam si enes ira  
cundiam, si & ciues conserues, & exules restitui  
as, hac demum erit summa & praecleara gloria: ma  
cam iam dudum ciuitatem, & membris dissectam,  
unum in corpus redigendo, hoc maiorum umbrae, si  
quid tot nostra mala sentire potuerunt, latabuunt,  
suam sobolem quominus ciuili sanguine in sepul  
chris perfunderentur, inhibuisse, & pro qua ipsi pe  
riere, pacem urbi atq; ocium peperisse. Quae maior  
IMPIETAS quam PARVAM NOTAM, si no  
ta dicenda est, PRO PATRIAE SALUTE  
RECUSARE? pro qua multi subire mortem,  
& hostium proditores iure esse potuerunt. Vi  
de, ne dum manus imploranti opem tuae patriae por  
rigere nolis, ruentem neglexisse uidearis. Vim, ini  
uriam, cladem, incendia, etiam qui nondum ini  
trauerunt, urbi minantur: quos nondum oculis  
uiderunt, animorum furore interemere, quid factu  
ros putas, ubi oculorum ardores inflatas, tot ini  
urijs mentes exuscitauerint. Haec tibi macula  
quam

quam diluere non possis, uitanda est. Aut ciuitatis imperium capiendum est tibi, aut ultimum urbis excidium expectandum: Vno beneficio exules dignitate sua recepta, & ciues retenta suis in sedibus conseruari poterunt. Vera hæc Brachio uidebantur, itaque ciuitatis periculo cognito, communiturum cum exulibus eam rem dixit, nec sine eorum consensu imperium accepturum. Postero die Legati Perusinorum in castra uenere, nouem suæ ciuitatis principes, plerique Brachio affinitate coniuncti. Hi petebant ut Ciccholimum, quem in prælio captum ostendimus, liberum sine precio dimitteret, atque ea conditione ciuitatem in fidem potestatemque reciperet, orantes ne excidium tantæ urbis ab exulium furore pateretur. Non omnino aduersari Perusina rei, qui ciuem clementissimum uictorem esse uoluisset, proinde quos prælio uicisset conseruandos, et in ciuitate retinendos esse. PUGNANTES VIRIBUS DOMARI, VICTOS CLEMENTIA CONSERuari oportere. Ad hæc Brachius paucis respondit: Nunquam eo se animo gessisse bellum, ut patriæ iura nefario dominatu occuparet, nunc quando ita ciuibus placitum esset, inuitum tamen ad imperium respicere, libenterque si sibi permitteretur, id uel honoris uel oneris, repudiare. Proinde etiam atque etiam cogitarēt, si quo pacto publicam tueri dignitatem sine authoritate sua possent, libentius se pariturum esse regnantibus in patria,

quam



quàm regnaturum. De Ciccholino uero non sibi integrum esse quid deliberaret, illum sub Tartalia esse captiuum, se uerò nihil uictoribus derogaturum. **IVS ESSE** belli, ut qui praelio essent capti, in eorum essent potestate qui cepissent: nec se impediturum, quominus captiui redimerentur. Legati re nò imperrata, in sequentem diem redituri abierunt. Brachius exulibus in concionem uocatis, rem omnem ut sese haberet manifestauit: Ciuēs ultro obtulisse summam Imperiumq; ciuitatis, se ad deliberandum tempus postulasse, nec sibi esse cordi tantum oneris subire, nisi quid ipsi censuissent. Non modo assensere exules, sed ultro rogare illum coeperunt, ut quorum dux in exilio fuisset, quosq; ab exilio reuocasset, eos in ciuitate regere, conseruareq; uellet. Omnes illi etiam priuato fuisse perituros, non immemores tanti accepti beneficij, adderet priuata beneuolentiae publicam auctoritatem: nam à quo melius regi, gubernariq; posse, quàm qui ne in exilio quidem putasset deserendos? Qui quanquam meliore fuisset fortuna, nunquam tamen pro communi illorum salute quicuisset. Ferunt Vrsū quendā, mediocris inter exules auctoritatis, egressum concione dixisse: Nunquam se ut ciuis ciuibus imperaret permissurum. multos illi uetustate generis & maiorum opibus, aut pares, aut non multo inferiores esse. qua uoce ad Brachium per milites delata, quanta nunquā antea ira percitum, discedere pace infecta uoluisse ciuitatemq;

ciuitatemq; in pristino statu plebeiorum relinquere,  
 uix deinde cæterorum exulum precibus esse lenitū.  
 illorum alios contendisse lachrymis, alios se ad pe/  
 des eius prouoluisse, unam omnium fuisse uocem:  
 Mallet saluti multorum consulere, quàm unius teme/  
 ritate, tanto eos fraudare beneficio, totiq; susceptos  
 belli labores, periculaq; frustrari. Illum ipsum qui  
 aduersaturum se erat minatus, non modo non summe  
 apud eos, sed uix etiam mediocris esse fortuna, cer/  
 te dementem & temerarium, qui quod ipse neq; da/  
 re posset, neq; eripere, id se concessurum esse, iacta/  
 set: prouide respiceret cæteros, quos non minus gra/  
 tos in imperio experturus esset, quàm fideles in bel/  
 lo, atq; in exilio fuisset expertus. scire NEMINEM  
 mansuetius imperaturum, quàm qui suis se ciuibus  
 imperare meminisset. eius esse arbitrij quid de exuli/  
 bus statuere uellet. Reduceret nec ne, omnes tamen  
 quoad uicturi essent, in eius unius futuros potestate.  
 Tam placida oratione sedata ira, Brachius cum pau/  
 cis optimatum tabernaculum ingressus, iterum ten/  
 tandos illorum animos decreuit. Commemorare cœ/  
 pit, quotiens hoc mouisset bellū, quādiu suis stipēdijs  
 exercitū aluisset, omnia cæterorū exulum magis quā  
 sua causa fecisse. Sibi fortunam rei militaris nunquā  
 fuisse defuturam, nec tamen eam ob rem tot a se  
 haustos labores, ut ciuitatem opprimeret, nihil ma/  
 gis quàm patriæ communem libertatem uendicare  
 uoluisse: nunc ab inimicis ultro ad se Imperij sum/

mam esse delatam, scire quanta esset futura optima-  
 tum autoritas in patria, si reduxisset, nihil se inimi-  
 cis confidere, quos non uoluntas ad deferendum im-  
 perium, sed necessitas compulisset. Optimates futu-  
 ros sibi uel custodes ciuitatis, uel ereptores: illis se  
 fidem, iura, magistratus, illis corporis sui custodiam  
 commissurum: nec ignorare in sua esse potestate, re-  
 ducere exules uelit an in exilio dimittere, sed tant-  
 diu plebeios in fide mansuros, donec aliquam na-  
 tū occasionem, excutere iugum possent. igitur mal-  
 le se liberos in ciuitate reponere exules, quorum pos-  
 stea uti opera posset, quam inuitis imperare. Vtrum  
 esse futurum in optimatum arbitrio esse: si se do-  
 minum uelint appellare intraturos suam domum:  
 sin moieſte id ferant, nihilo secius ciuitatem recup-  
 raturos. quod ad se pertineret, gratius futurum si  
 ametur à liberis ciuibus, quàm seruientibus metua-  
 tur. tum se ciuitatem sine nobilitatis consensu ne  
 multos quidem dies retenturum, illis custodibus per-  
 petuò habiturum. Ad hæc Optimates responder-  
 Non adeo dementes, adeoq; ingratos esse, ut non  
 intelligerent, nisi eius opera essent reducti, omnes  
 in exilio fuisse perituros: uitam, sanguinem, fortu-  
 nas, omnia eius pendere beneficio, nec multum in-  
 teresse, priuata an publica autoritate imperaret, qui-  
 bus pro tanto beneficio omnino esset imperaturus,  
 nisi quod ciuitas futura sit eius auspicijs moderatio-  
 neq; tranquillior. Nimis durum uideri, quem inimi-  
 ci dor

ci domi regnantes, Dominum appellent, eum amicos una exulantes, eiusq; opera liberatos, ciuitatis Rectorem fastidire: nihil hoc aliud esse, quam inimicos ipsos odio & pertinacia præstare, & illos amicos esse uelle, se inimicos fieri. Capesseret ergo ultro oblatum imperium, se quidem non modo non impedituros esse, sed suis etiam si ipse nolit manibus atque humeris inuitum, ad curiam & palatium collaturos. hic dies prope totus eiusmodi altercationibus consumptus est. Postridie illi iisdem Legati reuersi, in castra pleniora mandata retulerunt, nulla de captiuis conditione interposita. dedi urbem, foederaq; & pacationes in sequentem diem dici placuit. Collis est urbi ad occidentem aduersus, Montem Morcinum uocant, in cuius cacumine Templum prominet celeberrimum, hunc locum dicunt, ubi postero die, de summa rerum paciscantur. Brachius clara iam die, cū parte copiarum ad eum locū contēdit, occupatq; monticulū. Legati ut erat constitutū, eodem paulo post conuenere. Composito statim bello, sublatisq; offensionibus, foedera in hunc modum ferre. POPVLVS Perusinus urbem, agrum, uias, templa, fontes, se ipsum Brachio dedit. ILLI CIVES parento, Dominum bona fide appellant. AD EVM de rebus urbanis publicè referunt. CONCILIA COBTVSVE, nisi quos ille iusserit, ne faciunt. QUI NON PARVERIT rebelis esto. REBELLEM quous impune occidito.

EXULES quiq; rediere, quiq; redituri sunt, sua tecla,  
 fortunâq; adeunto. NULLVS impedito. CAETERVM  
 pax cum ciue esto. QVI SEDITIONEM  
 excitaſſit, mala cruce ſuſpēditor, aut ſecuri percu-  
 ſitor. BRACHIUS publica ueſtigalia, niſi quæ pu-  
 blicis impēdijs ſuperſuerint, in rem ſuam ne uerito-  
 VRBANOS Magiſtratus, præter Queſtorē, Præto-  
 rēq; populus legito, creatoq;: ei quē uolet cui uolet,  
 cooptato. SUFFRAGIA libera ſunt. PROVO-  
 CATIO ad Brachiū etiam rerū capitalium eſto. S I  
 QVIS prouocationi obſtiterit, fraudi eſto. NOVAS  
 exactiones, inuito populo, ne cogito. DELECTVS  
 in urbe, niſi populus iuſſerit, ne habeto. DECEM-  
 VIROS ne contemnitō. MAIORVM decreta ſer-  
 uato. CIVITATIS iſtituta, niſi quæ populus ab-  
 rogaſſit, ipſe ne uiolato. Conditionibus datis accē-  
 ptisq;, Brachius in caſtra, Legati in urbem reuertun-  
 tur. Octauo poſt pugnam commiſſam die, Brachius  
 ingreſſurus urbem, polire milites arma, & in agmi-  
 na quā ornatiſſime componi exercitum iubet. ma-  
 gno ſtudio de ornatu exules contendebant: rati quo  
 inſtructiores ornatioresq; urbem introiſſent, eò plus  
 autoritatis in ciuitate occupaturos eſſe. Militibus  
 quoq; par contentio, ne uel ornatu, uel ſtudio in du-  
 cem ſuperati uiderentur exulum amulatione addu-  
 cti, arma per totā noctem polire, equorum iubas col-  
 mere, ſeiſpoſ nouo cultu exornare. Vbi primum illi  
 luxit dies, frequētes ad ducis tabernaculū cōuenere.

Hic noua exorta contentio, duas circiter horas, altercando consumpsit. Veterani exercitus milites proximum Duci querebant locum: contra exules, magnum id futurum dedecus rati, propiores lateri haerere cupiebant. illi saepe nouis ruptas uulneribus cicatrices ostendere, non frontem, non uultum, non aures integras dicere. pleriq; pectora totiens obiecta hostibus ferroq; traiecta denudare, nec quicquam tam gloriosum, quam uulneribus uincere putabant. Exules alij nobilitatem, patriæ expectationem alij, nonnulli qui bello interfuerant, et ipsi quoq; sua uulnera prætendebant. certamen uirtutis & superbie uidebatur exortum, alteris sua gloria, alteris maiorum splendore nitentibus. Brachius diu contentione agitata, placatis tandem militum animis, exules eodie censuit honorandos, qui uelut nouæ sponsæ cum pompa atq; apparatu domi expectarentur. igitur cedentibus magis quam consentientibus militibus, dignissimū dedit exulum primoribus locum: delectaq; ex omni exercitu promiscue manu, fortissimorū equitum, exulumq; unum agmen effecit. ceteram aciem suas in turmas distributam, mirifico composuit ordine, ut quisque equo, armis, præsentia ornatissimus erat, ita primum in turma collocauerat. Nec minore quamquam diuerso apparatu instructa ciuitas erat, qua porta ingressurum urbem putabant, eam ciues purpureis tapetibus, & hinc atque hinc longè pendens auleis adornauerant: uia omnis uiridibus

in spersa floribus, odores late perfundere, priuato-  
 rum fenestras pannis ut cuiusque erant fortunæ pul-  
 cherrimis distinctæ, ornataque patebant. muliebria  
 quoque monilia usquequaque interlucentia, quæ sole re-  
 percussa crebris scintillulis transcuntium feriebant o-  
 culos. bullaque et aurea balthæa ad terram usque, tractu  
 longissimo demissa fulgebant. Nec minor inter ciues,  
 ornandi parandique contentio, quam incedendi militum  
 bus fuit, ut quibus nihil magnificentius priuata opu-  
 lentia ducebatur. nec ullum nouo domino gloriosius  
 iocundiusque uictoriæ signum ostendi posse arbitra-  
 bantur, quam priuatas ciuium opes, nihil eius impe-  
 rium pertimescere. Vicit priuata studia, publicus ap-  
 paratus: quippe forum ne solis æstus ad ima penetra-  
 ret, undique alie tegentia uela operiebant. trapezita-  
 rum mensæ aureis confertæ nummis, mercatoresque  
 uario genere longe lateque pendentium purpureorum  
 mensas tabulataque compleuerant. Hæc omnia medio  
 in foro eminentis palatium superabat. illic Gallici ta-  
 petes fenestris longum exeuntes: illic aurea atque  
 argentea uasa per scalarum gradus distincta, miran-  
 tium aciem perstringebant. Tam magna parte diei,  
 urbanis militaribusque apparatus consumpta, Bra-  
 chius composito uelut ad prælium agmine, per supe-  
 riorem portam, in qua nihil erat apparatus, Urbem  
 ingreditur. Eius rei causa non satis est comperita.  
 Sunt qui putent, nimium populi concursum, et ci-  
 uiles insidias ueritum. Alij expeditius iter, commo-  
 diorcmque

dioremq; præliãdi si opus fuisset, locũ esse delectum. nonnulli, quod eam qui incolerent Urbis partem, suæ factionis prope uniuersi habebantur. Vbi ad forum est peruentum, tum uero uario genere tubarum tibi-  
 arumq; & tympanorum personabant omnia. milites partito in geminam aciem exercitu, utrunque  
 fori aditum occupare contendunt. Vbi ... quot horis est præliatũ equestri certamine, Brachius antequam  
 palatiũ imperij locũ sedemq; conscenderet, Decem-  
 uiros, ac cæteros urbis magistratus, & præterea pu-  
 pulares iureiurando in fidem potestatemq; adegit. Statim eius nomine atq; iussu, circumlata præconia,  
 accepti imperij dedere signum. Postridie eius diei profugos, rebelles, exules etiam qui bello non in-  
 terfuissent, quoscunque quauis de causa damna-  
 tos in exilium, quod humanitatis esse putauit, suo decreto censuit reuocandos. Quibus pecunia mul-  
 tatis, soluendo non erat. eamque ob rem ciuitate carerent, absoluendos decreuit. Sed ciuilia dissidia  
 radicitus extirpare conanti, necessarium uideba-  
 tur, exulibus domos, agrosq; restitui, quos post factam seditionem plebeij contra ius gentium, nullo  
 more, nulla lege occupaissent. Sed quando nimis pe-  
 riculosum erat, optimatium licentia rem permittere, ne plus sibi quisquam, quàm sua essent, uendi-  
 caret: placuit omnia populi decreta, quatuor & uiginti annos antea facta (tot enim nobilitas exulauerat) noua auctoritate rescindi. & quæ ante id tempus



cuiusq; fuissent, integra optimatibus cedere, reliqua plebis esse. Cæterum iure an iniuria nobilitas plebis, plebs nobilitatis opes ante id tempus occupasset, contulit, qui seruato more, institutisq; maiorum de iure civili moderatissime iustissimeq; disceptarent, quod suum esset cuiq; tribuendo, rapinae, uis, iniuriæ, cæteraq; factionum mala, cuncta sublata, grauissimi acerbissimiq; propositi cruciatus, ultionibus nobilitati est interdiclum. Sed quod ipse nouas expeditiones agitabat animo, nec bello desistere ullo modo statuebat: ueritus ne se absente aliquid seditionis excitaretur, primum legem tulit, de seditionibus coercendis. Mox ad eradicandas simultates, Nouemuiros ex plebe, totidem que ex nobilitate delectos, ciuitatis curæ custodiæ que præfecit. Hac re plebeiorum animos mirifice sibi reconciliauit, ne optimatibus quidem offensis, omnium equata dignitate. Optimates, quibus insidentia adhuc animis exilita, dulciora præsentia bona faciebant, contenti sua fortuna uidebantur, plebeij bello superati, dono datum putabant, quicquid à uictore, quum eripi belli iure potuisset, misericordia & liberalitate non esset ereptum. Victores ac uicti equabili moderatissime habiti, parq; omnium fortuna, nisi quod alteri sua bona recepissent, alteri reddidissent aliena. His maius atq; amplius adiecit beneficium, eas alienum superiore bello, quo ciues ad repellendum se milites conduxerant, à potentioribus exactum, inopia exarant

in publicum collatum pecunia sua restituit, existi-  
mans ad quem urbis uectigalia prouenirent, eiusdē  
esse quicquid conflasset ciuitas aris alieni, persolue-  
re. nihil hac uel aequitate, uel liberalitate præclaris-  
us, ut quasi quod stipendium essent aduersus se eme-  
riti conducti milites, id tunc dinumerare ipse præ-  
sentibus uideretur: totusq; ad conciliandos sibi ci-  
uium animos intentus, publici parentis uidebatur  
induisse personam, uerbis tamē quā factis mitior,  
et benignior, arte quadam efficere solutus, ne quem  
ab se nisi magna spe plenum dimitteret: quod autē  
re præstare cuiquam nolisset, non se id nolle, uer-  
rum honestè non posse, atq; ideo quod non posset,  
angi animo contendens, causam etiam quare non  
posset afferere, ut etiam in denegando gratiam ini-  
re, beneficisq; esse uideretur. Nec comitas decrat,  
uel ciuibus uel militibus nominatim appellandis, ul-  
lud maxime omnium memorabile, ne unum quidem  
habuisse in castris equitem, cuius nomen non tene-  
ret: nullum peditem, & ne tyrunculum quidem,  
quem utro ab exercitu suo, an hostium esset non  
primo statim aspectu internosceret. Sæpe Legatorū  
non idum exposita præuenisse mandata, sæpe homi-  
num sermones in foro aut in acie loquentium, lat-  
biorum motu percepisse, neminem unquam allocu-  
tum, quem longo post tempore multis intercurrenti-  
bus annis, ubi aut quid secum egisset negocij, non  
primo statim occursum reminisceretur. Hinc uana

218 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
illa uulgi opinio, demonem presagum atq; inter/  
pretem rerum futurarum, crystallo inclusum habuiss/  
se, atque eius monitu, cuncta foris domiq; gessisse.  
Neque tamen ciuilibus atque urbanis rebus, quam  
bellicis & militaribus obscurior, sed uelut natura  
ad omnia natus atque instructus, cum architectis  
de architectura, de mercatura cum mercatoribus  
disceptabat. Bello quidem nemo rapacior, pace ue/  
ro, iusticia & equitatis obseruantior nemo. Fami/  
liarem & suae factionis hominem furti compertum,  
magistratu, quem forte gerebat perfunctum, suspen/  
di iussit. Quum unumquenq; pro dignitate comple/  
teretur, iusticia tamen aequabili teneri omnes uole/  
bat, acerrimus defensor imbecillitatis. Nullus tamē  
rei, quam aedificandi studiosior, saepe inter militaria  
opera, fertur de urbanis aedificijs, usque ad delicias  
cogitasse. Ociosis, & nihil agentibus insensus, Fori/  
tritores, appellabat. Sed eo componendis urbanis in/  
tento, exulum, qui bello non interfuerant, audita ui/  
floria suorum, ingens undique multitudo conflue/  
bat, qui partim diuurno exilio ad extremam reda/  
eli inopiam, atque ideo praede, rapinisq; intenti,  
partim maiorum titulis, magis quam uirtute sua da/  
ri, omnes ambire clietelas coeperunt: mobilem mul/  
titudinem blande appellare, longo comitatu uulgi  
frequentiam cogere, pruuata insignia concedere,  
omni uia atque studio pellicere iuuentutem. Quae  
res, quum magnam inter ciues contentionem pari/  
tura

tura uideretur, omnibus qui nobilitate atque opibus pollerent, de coetu & frequentia contendentibus, coërcendam tam foedam ambitionem uisum est, & paucorum insolentiam elationemq; noua lege retundendam: uocato igitur in consilium populo, graui oratione, & qui ducerent, & qui sequerentur castigant. NON placere sibi, ait, tot simul reges uno in Regno exortos esse, inuitum se unum imperare ciuitati, nec passurum opprimi à caeteris patriam, quam ipse si per factiones liceret, mallet liberam uenerari. Quid illi plebeculam, turbulento coetu, aliena celebrare tecta, priuatasq; ciuium domos frequentare, compellerent non ideo tot à se gesta bella, tantaq; rerum adita discrimina, ut qui fors parere consueuissent, domi suis ciuibus imperitarent: satis fuisse, ope sua ab exilio esse reuocatos. Hec se illis exprobrare, qui patriæ inuiderent fortunæ, & foelicitati suæ, cuius opera & ciues suam patriam, et patriam suos ciues recuperasset. Proinde, essent sua quisq; ciuili libertate contenti, non prohibere, quem uirtus cuiq; aut genus dedisset locum, tum honestè magnificeq; obtineri: NAM alterum altero clariorem esse, et HOMINEM HOMINI, NATURA, MORIBVS, DIGNITATE PRAESTARE. Sed factiosos coetus, & tumultuosos comitatus prohibere, in hos se capitali supplicio animaduersurum. Dimissa concione, caueri præcio iussit, Ne quis priuata ciuium insignia, aut dor-

Oratio Brachij in senatu Perusinorū.

mi aut

mi aut in ueste haberet, neue cateruatim noctu per  
 urbem incederetur: quietiorem futuram ciuitatem  
 arbitratus, si emula ciuium studia, contentionesq;  
 submouerentur. Pauci qui dicto audientes non fue-  
 re, capti atq; in uincla coniecti sunt, nonnulli priua-  
 to insigni distinctas gerentes uestes, eius iussu a pra-  
 tore medio in foro spoliati, & nisi multorum ciuium  
 intercessisset gratia, capitis causam dicere coegisset.  
 Sed in tanta multitudine, totq; ciuium studijs, ma-  
 gno opus erat praesidio, ne quid eo absente seditio-  
 nis excitaretur: iam enim nouam expeditionem col-  
 legebat animo. Primum igitur omnes uicorum uia-  
 rumq; catenas rescindi, ciuitatis quoq; ligneas por-  
 tas effringi iubet, quod ea de causa fecit, ne si qua  
 tumultuaria manus forum occupasset, subitus equi-  
 tum accursus impediretur: duas deinde arces, qua-  
 saepe a maioribus, populi impetu deiectae sine custo-  
 dibus erant, reficiendas quam munitissime structis-  
 simeq; curauit, quae filo imposito custodum praesi-  
 dio, mirum in modum nefarios ciuium conatus re-  
 presserunt. Rebus Perusiae compositis, decimo post  
 receptam urbem die, educto in nouam expeditione  
 exercitu, in Afsiatum finis contendit. hic Bastiam,  
 in primis finibus non procul a Chiasio amne situm  
 oppidum, acceptam in potestatem. Guido Feltrano  
 restituit, Sigillo Spelloq; receptis, quorum alterum  
 in agro Perusino, alterum Fulginatibus finitimum,  
 Guidus superioribus bellis occupauerat. Haec ger-  
 rentem

rentem, noua inceffit cura Pauli Vrsini persequen-  
 di, si c. iniurias aduersis in rebus perpeffus, in se-  
 cundis capere non potuit. Etsi NULLA IRA est  
 uehementior, quàm ubi animum stimulat recorda-  
 tio collati beneficij. Repetebat enim, Paulũ ad Roe-  
 cham contractam suum oppidum confugisse, atque  
 illic regijs obsessum copijs, magno cum oppidano-  
 rum incommodo aliquot menses esse defensum: po-  
 stremo ne quid beneficio deesset, non ante suum ad-  
 uentum atq; ope, obsidione esse liberatum. mox de-  
 inde abrupisse tamen ab exercitu, et uiolata fide, ho-  
 stibus auxilium ferre uoluisse. Haud dissimili frau-  
 de, & se optime meritum, & hostes fuisse deceptos,  
 fidem atq; amicitiam, una perfidia atq; scelere esse  
 uiolatam, nunc suam & suorum, non iam hostium,  
 sed ciuium causam iudicandam esse. Paulus ad Col-  
 lem floridum, quod est Fulginatum oppidum stati-  
 na habebat, qui oblitus quas intulisset iniurias, ni-  
 hil inimicum aut hostile metuebat. Brachius Tarta-  
 liam cum delecta manu ad eum interficiendum, co-  
 hortemq; diripiendas præmissum, non multo subse-  
 quebatur interuallo, qui ut erat imperatum, uagan-  
 tem extra moenia confodit, eius milites subito pauo-  
 re attoniti, recurrere ad arma, factosq; in Tartaliam  
 loco superiore impetu, nisi subsidiarium militem  
 Brachius auxilio misisset, ingentem ea die stragem  
 edidissent, sed coeunte multitudine, eum habuit exi-  
 tum pugna, ut capti hostes ad unum, atq; rebus om-  
 nibus

nibus spoliati, dimitterentur. quæ res mirifice exerci-  
 tum confirmauit, ingenti præda locupletato milite.  
 Paulo interfecto, Tartalia ad occupanda eius oppi-  
 da cum suis copijs in agrum contendit Romanum.  
 interea ad Brachium Reatinorum uenere legati, qui  
 sex milibus numum multati, quod Brachianum mili-  
 tem occidendum curauerant, in fidem recepti sunt.  
 nam Reate quoq; factionibus intestinis atrocibus, quã  
 finitimæ urbes agitantur. ueriti ergo ne exules tanti  
 Ducis auxilio ciuitatem inuadentes, aduersæ factio-  
 nis multitudinem excitarent, imperij summam ad  
 Brachium detulere. iam enim maiores erant illius uir-  
 res, quàm quibus resistere posse, ne remoti quidem  
 populi crederentur. Per hos dies, Narnienses, &  
 ipsi quoq; seditiosi, sponte deditiõem fecere. quorum  
 exemplo finitimum oppidum, Sanctumgeminum uo-  
 cant, legatos, qui imperata facturos, Prætorumq;  
 eius accepturos dicerent, miserunt. Tanta facta re-  
 gni accessione, maiore Umbriæ parte subacta, in a-  
 grum Picenum cum exercitu proficiscitur, sperans  
 id quod futurum uidebatur, oppida Caroli Malates-  
 tæ, quem captiuum in uinculis habebant, facile in  
 eius deuentura potestatem: præmissis qui ad deditio-  
 nem sollicitarent. Monsbodij, Capazani, Morrurum,  
 Massatum, Maiolato, & alia quedam exigua cas-  
 tella non expectata oppugnatione, portas aduentanti  
 duci aperuerunt. idem factura cætera uidebantur, ni-  
 Pandulfus Malatesta, Caroli frater, & Martinus Fa-  
 uentinus

uentinus clari bello Duces, qui per id tempus Brixia  
 statua habebant, audita Brachij profectioe, in Pice  
 num uenissent, qui ceteris nondum occupatis oppi  
 dis, firmissima disposuere praesidia. Fertur Brachius  
 uel insita a natura prudentia, uel praesagio quodam  
 diuino scripsisse ad Martinum Fauentinu, hominem  
 supra modum pecuniosum, admonuisseq; ut sibi ca  
 ueret, ne ipse Carolum redimere sua pecunia cogere  
 tur: illum uero aut dissimulasse, aut in aliam partem  
 accepisse. nec multis post diebus, facta confederati  
 onis suspicione, a Pandulfo circumuentu atq; interfe  
 ctum. Brachius cognito hostium aduentu, ne frustra  
 astatem in his locis consumeret, capto Saxoferrato, et  
 Gualdo Nucertino Perusiam reuertitur. hic comperit  
 Perusinos finitimis intulisse bellum, & eius nomine  
 Castellum plebis 20000. pass. procul ab urbe, et huic  
 finitimu Castellum nouu ad defectionem compulisse,  
 nihil illi gratius esse potuisset. iam non militib. solum  
 usurus bello uidebatur, sed ciuiu etiam sua sponte mi  
 litantiu delectum habiturus, et saepe antea Perusino  
 rum uirtutem superiore perspexerat bello, nunc eos  
 suo imperio accessionem sponte quaerere, id demum  
 mirifice letabatur. quam ob rem, uocato in concio  
 nem Populo, gratias publice priuatimq; egit. Ite  
 rumq; pronunciato militibus itinere, in Picenum re  
 uertitur. huc legati Venetorum, qui Malatestis fa  
 uebant, ad Brachium uenere, accepti magno ho  
 nore, & exponere mandata iussi. Primum congratulari



tulari Venetos eius uictoria dixerunt, cuius etsi nulla adhuc extarent in eum Populum beneficia, tamē uirtutem illis & fortitudinem pergratam esse. sperare pro magnitudine gerendarum rerum, eius se opera usuros, mutuaq; intercessura officia, nam nec Venetos ingratos esse, nec Brachium quicquam, nisi summa cum fide gerere solitū. Deinde quod reliquum ad presentem spectaret legationem, plurimū orare, ut Carolum Malatestam optimē de Venetorum Rep. meritum, commendatum haberet, & si quid apud eum tanti populi ualeret autoritas, sine precio liberaret: magnum id futurum Venetis munus, nec ullam gentem esse gratiorem, non bello solum ceteras nationes, sed etiam liberalitate & beneficentia uincere. quod si nimio peterent studio, nō uideri mirandum, qui amicos suos d. serere in calamitatibus impium nefariumq; iudicarent: semper Venetis quod modico diuiderentur mari, amicitiam cum Arriminsibus, societatemq; stetitisse. Tam amplē Legatorum postulationi, Brachius paucis respondit: Habere se Venetis ingentes gratas, qui legatos gratulatum ad se misissent: ceterum quod ad Carolum pertineret, inuitum se contra illum cepisse arma, nec mouisse Arriminsibus bellum, sed ultro inuasum ac laceffitum. nulla in re militaria inra uiolasse, nihil illi secum fuisse negocij, defendere se armis coactum esse. FORTVNAM quæ cauere plurimum fauere solet, uictori affuisse: Caroli

non minorem iniuria, quam intulisset fuisse iacturā. quippe se ad penates suos redeuntē arce re uoluisse, nec dubitare, si superior ille in acie se cepisset, fuisse sibi crudelissima morte pereundum. Sæpe hostem cum factis nequiuisset, uerborum immanitate scuire auditum: se tamen, dijs gratias, ingenio esse mitiore, nec quid hostis in se uoluerit, sed quod ipse in hostem debeat cogitare. Nunquam sibi cum quouam de sanguine, semper de gloria & dignitate certatum, illum uictorem, uita se fuisse multaturum: nunc quando Dij melius huic bello consulissent, pecunia multari captiuum Ducem, quem ipse si pari referre pergeret, uarijs supplicijs, durissimisq; tormentis exeruciasset. Carolum quidem pecuniosum esse, & latos obtinere imperij terminos: sibi uerò omnia contrā, pecunias nullas, multum æris alieni, nuper receptam ciuitatem diuturno exinartam bello, non stipendia, non uectigalia pendere. hæc quoniam stipendiarijs careat, aliunde querenda esse, nec ulla re queri honestius potuisse, quam bello. Tam tunc maximis urgeri difficultatibus, quā tot undique præsidia disponenda essent, atque omnia mercede conducenda: igitur si centum milia nummūm persolueret, liberum abiturum, nec molestē ferrent pecunijs multari eum, qui si uicisset, sanguine se multasset. Legati quorum princeps erat Belberus quidam, uehementius instare, et minas precibus miscere cœperūt, uel quod ita publice habe

rent in mandatis, uel ut id quod magis Brachius est  
 suspicatus, priuata gratia, & intima cum Carolo fa-  
 miliaritate coniuncti, omni ope atq; studio pro eius  
 salute niterentur. At Brachius, quem, ut preces fle-  
 etere non poterant, ita minae acrius incenderunt.  
 Quid hoc (inquit) est mali, si iuuare cupitis ami-  
 cum, quin illum pecunia uestra redimitis? Cur ab eius  
 id postulatis hoste, quod uos amici prestare non uul-  
 tis? Centum milia numum belli iure mea sunt, ea uul-  
 tis ut dono dem hosti meo, cur non uos uestro potius  
 amico? RE NON uerbis constat amicitia. Nihil  
 enim facilius est quam uerbis iuuare amicū. Nihil tur-  
 pius, quam cum re est opus, uerbis adesse. quid mi-  
 hi queso interminamini? quos ego nec offendi un-  
 quam, nec quod spero sum offensurus. Si uestro mari-  
 piratica classe nauigantem, si terra uexantem impe-  
 rium uestrum intercipientis, nihil equidem recusabo.  
 hic si forte bellum inferetis, nec animus quidem mihi  
 deerit propulsandi. quod si defecero uiribus, aut ali-  
 unde petentur auxilia, aut illud certe cogitabimus:  
 NIHIL homini gloriosius, quam aut propulsare in-  
 iurias, aut si hoc non possit, mori propulsantem. Ut  
 cunq; futura sit res, hoc unum affirmare uobis pos-  
 sum, nemo Brachium uertentem terga, sed aut uin-  
 centem, aut bello morientem intuebitur. Poinde, fa-  
 cesite nunc, qua huc istis uia, mihi certum est, quan-  
 do minis res agitur, tandiu captiuos habere in uincu-  
 lis, etiamsi perpetuo detinendi sint, donec qui redi-  
 meri

mendi sunt, militari more redimantur. Legati minis  
 abacti discesserunt. Hæc dum in Picenis agerentur,  
 Perusini nouas seditiones excitauere, discessu Bra-  
 chij licentius uagante multitudine. origo seditionis  
 fucere plebeiiorum nocturni coetus, qui diu oppres-  
 sam optimatium potentiam, tam subito leuatam agre  
 molesteq; ferentes, quo pacto urbe eos depellerent,  
 cogitare dicebantur. sed bis ea tentata seditio est. pri-  
 mum eorum quos Brachius ciuitatis curæ delegerat,  
 autoritate sedata. mox optimatibus arma capientis-  
 bus, ciuili clade restincta, ex plebeijs aliquot trucidati  
 sunt, pleriq; urbe agroq; depulsi, reliqui tam ine-  
 pti bello, quam pacis cupidi, propinquorum gratia  
 incolumes seruati. Sic mutata fortuna qui paulo ante  
 regnauerant, in exilium deiecti: qui exulauerant,  
 regno restituti, humanarum rerum exempla præbue-  
 runt. opes exulum partim direpta, partim in publi-  
 cum collata ærarium, & in ciuiliū magistratuum  
 æra constituta. Optimates post pulsam alterius fa-  
 ctionis multitudinem, rem omnem, ad Brachium  
 ut se habuerat, per literas nuntiarunt: inimicorum  
 culpa factum contendentes, nec se priores cepisse  
 arma, sed ad capitis, uiæque defensionem coactos.  
 Caput autem eius tumultus fuisse Ranerium, Bra-  
 chij is erat auunculus. Qua re diligentius inuestiga-  
 ta, compertaque, restitui suas cuique opes, ceter-  
 rum authores ipsos in exilio esse decreuit. Opti-  
 matibus admonitis, ut ciuium salui parceretur, &

quanto minimus posset, exulum esset numerus: quie-  
 tiores futuros ratus qui remanerent, si hoc tam gra-  
 uiter punitæ seditionis exemplo admonerentur. Inter  
 hæc Arrimenses, magnis factis auctioribus, ingen-  
 tiq; coacta pecunia, Legatos ad Brachium de redi-  
 mendis captiuis, simulq; de faciendâ pace miserunt.  
 Conditiones fuerunt, ut acceptis octoginta milibus nû-  
 mûm, Carolum liberum sociumq; factum dimitteret:  
 deerant ad constitutam summam uiginti milia. pro  
 his aliquot dierû dilatio est concessa. pace confecta,  
 Perusiam cum exercitu reuertitur. Carolus Berardo  
 Camerti tandiu obseruandus traditus, quoad pecu-  
 niam persoluisset: ex partim persoluta, partim Feltra  
 no sponsore promissa, intra paucos dies, quinto men-  
 se postquam captus profligatusq; fuerat, Arrimintum  
 ad suos reuertitur. Brachius dato militibus stipendio,  
 & quæ bello gerendo usui forent comparatis, pro-  
 ximam expeditionem pronuntiat: mox omni exerci-  
 tu ex hybernis deducto, iter primum Tudertum, ad  
 componendas res urbanas, deinde Spoletanum, Nur-  
 sinorumq; fines ingressus, agrum infesta populatio-  
 ne uastabat. Spoletani Nursiniq; facta inter se iam-  
 pridem societate, Legatos de pace miserunt, ueriti  
 ne populato agro, statim obsidione intra moenia cõ-  
 pellerentur. pax non ante data, quam decem milia  
 numonum ad stipendium militi contulissent, pecunia  
 collata exercitum agro deduxit. Tota iam Umbria  
 uectigalis facta, in eius deuenerat potestatem. Roma  
 erat,

erat, quæ inuidium animum, ingenti cupiditate sollicitum habebat, hanc ubi subegisset, nihil imperio suo defuturum existimabat, nec decrant, qui ad urbem occupandam uocarent, coniurationeque facta deditioem facturos pollicentur. igitur cum omnibus copijs profectus in agrum Romanum, trans amnem Anienem non multum procul ab Vrbe castris consedit. Romanis pauca admodum erant praesidia, & agri uastationem pati, rem butabant indignissimam. Pontificis legatus, qui Vrbi praesidebat, ubi tam propè imminere hostem cognouit, etsi nihil dubitabat, quid illi animi foret ad imperium occupandum, meiu tamen dissimulato, ad eius castra ueluti ad amicum sociumque proficiscitur. eius aduentum Brachius magnifice, ut par erat, excepit. Querenti quam ob causam Vrbi aduouisset exercitum, respondit, CAUSAM SIBI EANDEM QVAM PONTIFICIBVS ESSE IMPERANDI GLORIAM. Nec tamè ideo Romam occupatum uenisse, ut Pontificatu eriperet imperium, sed ut quandiu Pontifex abesset, Italiã uacuum praesidio, & multorum Tyrãnidi expositam, custodiret. Legatus diu nequicquam dehortatus, Romam redijt, existimans paucorum consensu accitum hostem, nec ausum illum tam parua manu tantam aggredi Vrbe fuisse. Vocatis ergo ciuibus in concionem: BELLO (inquit) petimur Romani, adeo multos qui paulo plus habeant potentiae, uel infirmitas uestra, uel Vrbe fatum inuitat.

230 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
paulo ante perpeſſi Regem ſumus, nunc, (ſi dijs pla  
cet) Tyrannum Roma patietur, & tamen moeni  
bus atque armis ſepti, & populi multitudine muni  
ti ſumus, quanta ſi animi non fluctuarent, hoſtis ne  
ultimos quidem fines huius Vrbiſ, auſus fuiſſet attingere: nunc quando nec fortuna ueſtra contenti eſtis,  
nec fidei iacturam uere mini, cogor non minus à uo  
bis hoc ſanctiſſimum imperium, quàm ab hoſte de  
ſendere. Maiores ueſtri, qui ab oriente ad occaſum  
extenderunt imperij fines, nulla uirtute magis, quàm  
fide atque integritate claruerunt: uos niſi iam pridem  
ab illis degeneraſtis, nihil magis in contemptu ha  
betis. Nec optimi Pontificis rem ago, qui etiam ſi  
eſſet immanis, colendus tamen uobis pro fide &  
gloria foret: mouet me ueſtrae ignominiae labes, qui  
ubi hoſtem receperitis paucorum factione, quid niſi  
ſi Domini ueſtri deſertores appellabimini? potuit hoc  
in Rege honeſtius, & pro potentia, & pro dignita  
te tolerari. **BT** ubi ſemel delinquitur, fato magis  
aſcribitur quàm uoluntati: ſed à Pontificis fide deſu  
cere, parere Tyranno, quid hoc indignius Romano  
populo? & iam natura dicimini, non fato totiens  
peccare didiciſſe. Patiemini cruentum hoſtem conta  
minare hanc terram? in qua tot monumenta religio  
nis, tot ſanctiſſimi cineres, tot ſimulachra, templaq;  
deorum immortalium? patiemini non hominum modo,  
ſed etiam Deorum eſſe deſertores? quo animo feretis  
tot delubra, milium fieri ſtationes? ut quae ſanctiſſimo  
religio:is

religionis cultu celebrari solent, ea militari libidi-  
 ne polluantur. Exteræ gentes & nationes, quum uel  
 stram hanc terram ingrediuntur, pura mente, suspen-  
 soq; animo, uix attrectare uel ipsos audent muros,  
 uix premere pedibus diuinum solum, uos non pre-  
 mendam hanc urbem, sed conculcandam, nec con-  
 culcandam solum, sed coinquinandam, diripiendam  
 que hostibus concedetis? quid finitimi, quàm pulchrè  
 perfidiam uestram obijcient uobis? Eisi scio non om-  
 nes tam corrupto esse animo, ut coniurationis auto-  
 res sequi possint, hos ego nunc admoneo, hos allo-  
 quor, capita arma fideles ciues. qui perfidi esse uol-  
 lent, eant ad hostem, uocent, introducant, nec in hoc  
 quidem præstabunt, paulò post ab illo quoq; desectua-  
 ri: etsi scio **PRODITIONES** gratas esse homini-  
 bus interdum, proditores tamen semper nefarios, de-  
 testabilesq; iudicari. Nec ijs magis confidit hostis,  
 quàm nos qui confidimus deceptos esse reputabit.  
 Hac oratione partim restincta coniuratione, partim  
 animis ciuium confirmatis, defendere se armis decre-  
 uerunt. Brachius quum oppugnare Urbem copiarũ  
 paucitate non posset, uexare agrum est aggressus,  
 continuos deinde complures dies, late factis excur-  
 sionibus, pontem Salarium, præsidiana manu defen-  
 sum, durissima oppugnatione adortus, ut cepit: tra-  
 iecto que in patentes campos exercitu, ad portas usq;  
 urbis, magno cũ impetu penetravit: suburbanis ædifi-  
 cijs populatis, oblingētos circiter Romanos, ne ipsi



quidem Romani, captos fuisse negant. hac tanta calamitate percussi ciues, legatos qui de pace agerent ad Brachium in castra miserunt: multa proponebantur conditiones, nulla tamen præter Urbis deditione recepta est. Ciues habito inter se consilio, quum tantus ad portas instaret hostis, nec ulla spes esset auxiliij, Urbis Rectorem appellatum, intra moenia cum externi exercitu receperunt, rati, si quæ thesterni belli uis incubuisset, præsidio tanti Ducis tutissimos esse futuros. Urbem ingredientium, sicut hominum magnanouis in rebus studia, undiq; urbani apparatus, in triumphi speciem præferebantur. Peruentum iam uidebatur ad imperij culmen, sed aduersus tantam gloriam, dii atq; homines statim insurrexere: quippe quum alterum iam mensem molem Hadriani nequicquam oppugnasset, exercitum perniciose inuasit pestis, siue præliis intentum militem solis æstus relaxauerat, siue densioris cœli infecerat perniciose caligo: corpora primum occultis inuadebat languor, mox paulatim deficientia pestilens suis ardor exurebat. Hæc non aqua, non liquore ullo extinguere sedariq; poterat: pleriq; bibendo lasi deficiebant, pauloq; post moriebantur. Brachius uix quarta parte copiarum incolumi, ueritus ne populus uel alieno hortatu, uel suo impulsu, in ægrotum & penè confectum exercitum concitaretur, Rugerium Perusinum, & Berardum Camertem cum sexcentis equitibus, quos ad agrum Picenum præsidio reliquerat, Romam acciuit, rursumq;

susq; frustra oppugnata arce, quum nouas copias  
 idem ille morbus inuasisset, simul quod Neapolita-  
 norum copiae ad soluendam arcis obsidionem adue-  
 tare nunciabantur, Roma discessit, commodius cur-  
 ratum in militem arbitratus, mutata caeli regione,  
 palustriq; & fluuiali uitata caligine. Postquam ur-  
 be discessum est, Romani septuagesimo die, post de-  
 ditam urbem ad hostes defecere. Perusiam reuersus  
 Brachius, exercitum ad hyberna dimisit, ipse consti-  
 tuenda ciuitati, stabiliendoq; imperio intentus, om-  
 nibus oppidis atq; urbibus, quae in sua essent pote-  
 state, annua tributa imperauit. Tudertini, Urbeue-  
 tani, Narnienses, Interamnenses, Esini, Spellani, Ca-  
 naricenses, Reatini, caeteriq; finitimi populi, ut cuiq;  
 magnae erant opes, ita preciosa pallia, sic enim ge-  
 nus tributi uocant, pendere iussi sunt. Haec res ma-  
 xime omnium Perusinorum deuinxit animos, uide-  
 bant urbem pauloante obsessam ac penè dirutam,  
 optimis legibus, aequissimis institutis confirmatam,  
 & quod longè gloriosissimum putabant, caput im-  
 perij factam: finitimas autem urbes, partim tributa-  
 rias, partim uectigales esse. Pallia erant, quae plus di-  
 gnitatis asserre, magisq; imperio decori esse iudica-  
 bant: ea uero qua die Brachius Carolum profligat-  
 uerat, quot annis conuecta primum uniuersa in fo-  
 ro collocata, mox ad ciuitatis celeberrimum Phas-  
 num delata suspendebantur. Finitimi quoq; tyranni,  
 aureos cyathos argenteaq; uasa deferebat. qua die

hæc agebantur, quo ciuitatem uaria afficeret læti-  
 cia, equeſtres in foro ludos faciendos curauerat: ma-  
 ximè omnium ludos Peruſinos, quibus iam puer sæ-  
 pe interſuerat, ſpectare placuit: ſic enim patria ap-  
 pellant certamina. Res mira & exercendi corporis  
 atq; animi perpetua efficaciq; materia. Omnis ciui-  
 tas duas in partes diuiſa, ſuperiorem inferioremq;  
 noui & inuſitati generis armis inſtruebatur: non  
 nulli tamè expeditiores, ac leuiter armati, ut qui ſol-  
 la galea, umboneq; & ocreis durato, atq; incocto  
 corio conſectis, erant muniti. His pro clypeo erat  
 leua inuolutum pallium, qui & conijciendis, & ex  
 celeritate capiendis ſaxis apti, iactores uocabantur. Ii + cele-  
 britate multum ualentes, aciem primam obtinebāt:  
 bellum lapidibus inire uſſi, iactorum aciem, quos  
 uocant Armatos, ſequebātur. horum armatura gra-  
 uior. uel qua in bellis, & militia utimur. Primum,  
 ut inde ordiamur, inferiores pedes, lineo triplicato  
 panno, & ceruimo uellere diſtento, atq; oppleto te-  
 gebantur. inde ex eadem materia, duriffimo & du-  
 plici obducta corio, tibiærum munimenta ad popli-  
 tem uſq; ſurgebant. ſuperiora crura, ferreis incincta  
 coxalibus: ferreo quidem, ſed purpura ueſtito &  
 lapidum colliderent iclus, ſtupeæ, bombicina ueluti  
 laminæ, lineo conſute panniculo, ſub thorace di-  
 ſtenſe, uentri peſtoriq; adæquabantur, quæ totos  
 obeuntia humeros, ac terga, ad medios uſq; ulnariâ  
 lacertos,

lacertos, tanquam duæ manicæ descendebant. Col-  
 lum, inferioremq; ceruicem, panno ac bombice den-  
 sa inuolucra, & durato igni corio fulta muniebāt.  
 supremum uerticem, ferrea tegebat galea. Huic quo  
 lapidum late uolitantium casum cernere, quoue ho-  
 stem ferire possent, lata erant ab ore relicta forami-  
 na, in rostri speciem excedēte galea: supra uerticem  
 tria inuolucra, denso intexta filtro, & in pilei mo-  
 dum sese proferentia, purpureo argenteoq; ut cuiq;  
 erant facultates apice. conoq; surgebant. inde rur-  
 sus uario pennarum colore, distinctæ corollæ, attol-  
 lebantur. Hæc à tergo ad medios usq; delapsa hu-  
 meros, purpurea excipiebat lacerna, reliquum cor-  
 pus ornatiores uestis decorabat. hi erant quos arma-  
 tos uocabant. Dextra alligatum brachio scipionē,  
 leua clypeum ferentes, excipiendis magis ictibus,  
 sed tamen etiam incutiendis parati. Ergo ubi uni-  
 uersus cōuenerat diuersa armatura populus, quisq;  
 suam in partem secedebat, duæq; ciuium acies, duo  
 prima fore occupabant ora, medium quod erat spa-  
 cium, pugnae relinquebatur. Primum, iuuenes uiua-  
 ci ac robusta etate, ad tertiam usq; diei horam, ini-  
 bant pugnam. mox soli pueri suis & ipsi contecti  
 armis, duabus continuis horis inter se lapidibus de-  
 certabant. quod reliquum erat diei, omnis generis  
 etates ad præliū discursitabant. Primā aciem obtinē-  
 bāt leuiter armati, uisū eminens in aduersos saxa cō-  
 cere. sic quum utriq; semper instare, nunquā fugere  
 parati

parati propius rem gererēt, grauis armatura, quos  
diximus accurrebant: his turpiſſimum erat ſaxa  
coniſcere, ſed in mediam ruentes aciem, clypeis, ſcu-  
pionibusq; pugnabant. nec tamen interea ceſſabant  
ſaxa: uidere erat pulcherrimum, hos ferire, illos ca-  
dere, alios ſubniti clypeo, atq; in aduerſarios toto  
ſeſe corpore inferre, implicare, ac clypeo ac ſcipio-  
ne oculos, ora petere. Victoria erat medium oꝝ cur-  
paſſe ſorum, atq; inde aduerſarios reieciſſe. omnium  
erat pulcherrimum, ſenes fenestris, ubi uidendi ſtu-  
dio conſederant deſiliētes aſpicere, et toga pallioq;  
abieſto decurrentes ad opem fugientibus ſuis ferent-  
dam, ſiſtendamq; fugam, nec etatis aut reuerentia,  
aut imbecillitate contineri poterant. tanta erat pa-  
trium emulatio. Sæpe duo milia ciuium in foro hoc  
modo armati dimicabant, nec unquam incruenta  
ſtetit res, nam quot annis deni uiciniq; contriti, obi-  
rutiq; cadebant, nec perpetuo & continenti certabatur  
anno. Ludorum initium, iam inde ab Calen-  
dis Martijs perfectos duntaxat dies, nec amplius  
quàm in duos, qui ſequebantur celebrari menſes cō-  
ſueuerant. Nec caſorum occasione iniuria, aut odia  
gignebantur, uulgo periſſe, & caſu putabant qui  
periſſent: nec ante pugna deſiſtebatur, quàm alteri  
loco eſſent repulſi. tum demum, quouis uno uel pue-  
ro pacem poſtulante, prælio excedebant. Conſtat  
omnium prædicatione, nihil unquam in Italia ſolis-  
tum geri ferocius, inde robur, & animo, & corpori,  
inde

REBUS GESTIS BRACHII LI. IIII. 239  
ri, inde genti uim, & strenuitatem increuisse putāt.  
Brachiani milites sepe intermixti iuuentuti, ac pug-  
nam ingressi facile à ciuibus uincebantur. Feriunt  
Brachius, quum fenestra que fori imminabat insi-  
denti, nunciaretur perniciosum esse eius diei præ-  
lium, multosq; pertinacia conteri, proinde dirimi  
pugnam iuberet: spectaculo intentus, respōdisse: Ser-  
uogallie fieri me iubet Imperatorem quod tunc di-  
ci consuevit, quum imperanti nemo nisi ipsemet,  
qui imperat, paret. Componendis per hunc modum  
rebus intento Brachio, unum oppidum Saxumfer-  
ratum detreclabat imperium, quod nullo eo anno  
collato tributo, haud multo post, quum Brachius  
Tuderii moram traheret, rebellionē facta, defece-  
rat: arx tamen imminens oppido, & situ egregie  
munita, fido tenebatur presidio. Hac re nunciata,  
Brachius repente deducto ex hybernis exercitu, in  
Picenum contendit, occupataq; munitiore oppidi  
parte, forum excurrit: autores rebellionis, quia cap-  
ere non potuit, direptis domibus, maximo affecit  
incommodo. mox cōpositis rebus, Perusiam reuer-  
sus, exercitum ad statua remisit. Per hos dies, nuns-  
ciatum est certiore nuncio, Odonem Columnā, cui  
postea cognomen Martino fuit, ciuem Romanum,  
Summum Pontificem declaratum. Ad hunc Perusi-  
ni statim de constituendo imperio, & summa rerū  
Brachio permittēda, misere legatos, insolito & nun-  
quam antea audito legandi more. neq; enim primos  
res urbis

res urbis duntaxat, uerum summi atq; infimi, & propè omnis aetas consensit, itumq; est in sententiâ primum pedibus, mox etiam clamore. Legationis principes fuere Berardus Camers, & Mathæus Vbaldus, quorum opera Brachius pro singulari industria rerum gerendarum, plurimum utebatur. Posthæc quod reliquū fuit hyemis in hybernis transactum. estate adueniente, Brachius eductis copijs, ad Castellum plebis paludes Clusinas traiecit, in Senensium fines profectus. Causa trajiciendi fuit Citonensium iuuenum fuga, qui Citonij regnabat, duos filios ad Brachium militatum missos, nondum completo stipendio reuocauerat, qui ut patri obtemperarent, iniussu Ducis militia discesserunt. eo traducto exercitu, Brachius primo impetu oppidum, altero arcem expugnauit. Senenses quod eorum agrum contingeret, decem milibus nummum oppidum emerunt: sic transfuga perfidie poenā dedere. Inter hæc Legati quos ad Pontificem missos ostenderam, post aliquot menses, re infecta redierunt, nec aliud quam iudicatum Brachium, religionis hostem deuotumq; retulerunt: quod seminarum futura contentio fuisse putant. Brachius satis iam auctis uiribus, ut finitimos quos nōdum bello adierat, affinitate deuiciret. Oddoni ex concubina nato, Fulginatum tyranni filiam dedit uxorem. Stetit deinde Perusinis, ex ea re, magna cum Fulginatibus amicitia. Posthæc, Brachio ad Saxonum ferratum profecto, proxima castella

sua sponte uenere in potestatem, Sancti seuerini ma-  
 gni oppidi Dominus, ueritus ne bellum in se conuer-  
 teretur, misit statim de pace legatos, qui dicerent  
 omnia quaecunq; essent imperata facturum. Quib.  
 diebus haec in Piceno agerentur, Cherubinus parua  
 manu missus, in fines Vrbiuetanorum oppida quae-  
 dam in fidem potestatemq; recepit. Per idem tem-  
 pus Perusiae ingens orta pestilentia, urbem non so-  
 lum militari praesidio, sed fugientibus etiam per ar-  
 gram ciuibus, spoliauit. qua re audita, Senenses qui  
 iam pridem Brachio post captum Citonium maxis-  
 me afficiebantur, centum equites, quadringentosq;  
 pedites, publico aere conductos, ad urbis custodiam  
 misere. Gratiorem fecit eam rem, Ducis absentia.  
 Hoc tam liberale beneficium, paulo post inuita socie-  
 tas excepit, & Senenses quorum permagna erant  
 opes, sponte sua stipendiarij facti, quotannis deinde  
 conferenda militibus ara tribuerunt. Quae liberali-  
 tas eo maior est habita, quo ne remunerationem ex-  
 petere, sed ultrò beneficium accumulare uisi sunt.  
 secuta deinde non societas solum, sed arctior quae-  
 dam amicitia, & Senensium, & Perusinorum tu-  
 tiorem habuit rem. Dum in agro Piceno morare-  
 tur Brachius, misit qui a Ludouico Firmanc, qua-  
 tuor milia nummum repeteret, quae pecunia, ex  
 superiore Piceno bello, pro redemptis captiuis de-  
 bebatur. Ferunt Ludouicum, hoc nuncio acce-  
 pto, respondisse: Se dormire. qua uoce ad Brachium  
 perlata,



340 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
perlata, & ego (inquit) dormientem excitabo. Pro-  
nunciato in sequentem diem militibus itinere, non-  
dum orto sole, mouit exercitum, miraq; celeritate  
profectus in hostes Falleronum Ludouici oppidum,  
de subito atq; improuiso aggreditur. hic trecenti et  
quites loci praesidio impositi, quum extra portas te-  
mere praelium capesserent, ad unum capiuntur: sed  
tosto mox celeriter in portas impetu, frustra repugna-  
tibus oppidanis, intra moenia milites irruerunt, op-  
pidumq; diripuerunt. hac re percussus Ludouicus,  
cui Brachianorum uirtus cognita iam pridem fuerat,  
pecuniam misit. Brachius ingenti simulata ira  
pecunia repudiata, propius castra permouit, nec an-  
te duplicatam bello discessit. Octo milibus nummum  
redempta pax est. hic Brachius inquit, QVIA quod  
debebat non persoluit, id persoluere coactus est,  
quod non debebat. His in Piceno gestis, quasi alie-  
ro orbe gesturus bellum, traiecto flumine Tyberis,  
longis ueneribus Mugnanum peruenit, quod oppi-  
dum ab Vlixes Ursino tenebatur. exercitum admoto,  
ueritus Vlixes, ne oppidum nullo praesidio munitum  
oppugnaret hostis, misit qui bellum deprecarentur,  
ac sese imperata facturum dicerent. Eo in fidem ac-  
cepto, in Senensem contendit agrum, Clusinaq; tra-  
iecta palude, haud procul inde surgentia Cocchi Sa-  
lineni oppida, oppugnare est aggressus. Cocchus  
cui longe plus pecuniarum quam militum erat, Le-  
gatos cum quatuor milibus nummum de pace  
misit, et

misit, ea imperata, tutiorem deinde habuit agrum.  
 Continuo Lucenses petiturus, summa cum celeritate  
 Senam prætergressus, in Florentinorum penetravit  
 fines, nec hic quidem demoratus, factio per Arniorã  
 itinere, ubi flumen transiit, expeditam militum ma-  
 num, ad excurrendos Lucensium fines præmisit. ipse  
 cum cæteris subsecutus copijs, paululum substitit:  
 mox in agmina disposito exercitu, parata intentaq;  
 acie, ad portas usq; percurrit, celeritate atq; impetu  
 quanto nunquam antea delatus in hostes. causa cele-  
 ritatis, fuit spes Lucensium Tyranni de improviso ca-  
 piendi, quem fama erat, insana extra urbem moliri  
 ædificia: nec ullum præterire diem, quin ad uisendam  
 eam substruccionem, incitandosq; operarios, cū pau-  
 cis exiret urbem, magnamq; diei partem operi inspi-  
 ciendo consumeret: alij non in suburbana ædificia,  
 sed ad Castellum Pisanum proficisci solitum, hortos  
 ac pomæria pensilibus muris ædificare nuntiabãt.  
 utcunq; res esset, Brachius maturandum sibi uincen-  
 damq; celeritatem uelocitate censebat. quæ profectio  
 tam præter Lucensium spem fuit, ut uix depopulato-  
 ribus uisis, tantum spaciij tam subito è Piceno, ueluti  
 pennis in intimam Heltruriam crederent peruolatũ,  
 simul qui excurrerant agrum prædã agebant, simul  
 ad portas cæteræ constituerunt copię. Tyrannus ce-  
 leriter per aduersam se recepit portam, primum a-  
 gressium, mox oppidanorum uocibus conclamatus.  
 Brachius ubi frustra petiũ Tyrannum cognoscit,

omnes simul copias, quàm effusissime prædatum dimittit. Lucenses, quod subitis in rebus solet accideret, tanta inuaserat irapidatio, ut obditis ciuitatis portis, oppugnari se statim, aut obsideri dubitauerint: quam ob rem, factæ celeriter munitiones, propugnacula præsidij completa, uigiles per stationes collocati, machina ad hostem arcendum in mœnia conuectæ, fossæ circum urbem altissimo munitæ uallo, hæc omnia populi subita & incredibili celeritate confecta. Interea hostes late populati omnia, prædæ tantum coegerunt, ut tolius agri Lucensis pecore, atque gregebusq; correptis, uastata cuncta, & in solitudinem redacta uiderentur. res improvisa prædam auexit, oppidanis quorum plerosq; longa pax, & metenda colligendaq; seges, in uillas atque agros adduxerat, nihil hostile metuentibus. Tyrannus bellicis rebus insuetus, tanta suorum calamitate accepta, misit, qui de pace conficienda, redimendaq; prædæ & captiuis agerent: COMMODIVS arbitratu, pecunia propellere ferocem hostem, quàm ultimum belli discrimen expectare: nec delectus tantos habere poterat, quibus bellicosissimum hostem reprimeret, cuius conatum atque uires nemo antepisset. Pax ita conuenit, ut Tyrannus quinquaginta milia nummum ad biduum persolueret: partim numerata pecunia, partim Florentinorum mensariorum sponsione promissa. Brachius restituta prædæ, finibus

REBUS GEST. BRACHII LIB. III. 249  
agroq; decederet. facta cum Lucensibus pace, dedis-  
floq; inde ut conuenerat exercitu, Perusiam per Flo-  
rentinorū agrum eadē qua profectus erat celeritate re-  
uertitur: nec ulla commissa mora, facto per Fulginas  
tē itinere ad Nursiam obsidendā contendit. iam ad  
portas peruenerant copiae, quā Nursinorū legati de  
concordia occurrentes, multis ultrò citroq; habitis,  
tandē quatuordecim milibus nummū n, bellū redeme-  
runt. ueriti, ne nondū collectam messe hostis incende-  
ret, Augustus enim erat mensis: et Nursini prope geli-  
dissimos Italiae montes habitāt, quo fiebat ut tardius  
exucta frumenta, nondū meti atq; excuti potuissent:  
et iam autumnus, altera non minor agricolarū immi-  
nens spes, aderat. Motis inde castris, profectus cum  
omnibus copijs in Picenum, Castencam oppidū cin-  
xit obsidiōe, nec multò post acri oppugnatione per-  
rupit: sed arce aliquandiu frustra tentata, oppidum  
incēditio uastauit, qua in re plus indulsit irae, quā hu-  
manitati consuleret. inde Pergulam profectus, statim  
recepit in potestatem. Sed iam instante bruma, totus  
diq; exactis ad stipendium pecunijs, militem ad hye-  
mandum dimisit, ipse cum paucis ad Esim urbem,  
in hyberna concessit. Hæc dum geruntur, Martinus,  
quem Pontificem declaratum ostendi, in Italiam  
reuersus, Florentiam uenerat. Quare cognita, Bra-  
ebius semper antea secutus Pontificum amicitiam,  
Legatos ad eum quoque, qui opem ac fidem polli-  
cerentur misit. Romanum imperium multis tem-

pestatibus iactatum, ac propè demersum, paulū sub  
 hoc Pontifice attolli cœperat. quæ res Brachium iā  
 tum longo interuallo futura præcogitantem, magis  
 ad societatem impellebat. Legatis & gratiæ actæ, et  
 spes fœderis iniecta est, cæterum nihil certi reportat  
 tum. eam ob rem, unum post mensem, redire Florenti  
 nam iussi, tūc quoq; infecta re, atq; omni spe concor  
 diæ sublata, redierunt. Brachius ubi uidet pertinacia  
 laborare Pontificem, omni uia congerendam pecu  
 niam censuit, ut siquid belli exoriretur, stipendium  
 non deesset ad militem conducendum. Mittuntur igi  
 tur ad Guidonem Feltranum, qui duodecim milia  
 nummūm reliqua ex sponsione repeterent. illo uerba  
 magis quàm pecunias reddente, post crebros missos  
 repetitores, bello ius suum statuit proseguendum. eadē  
 die ex hybernis copijs, in fines Asisiatum, quæ illius  
 erant imperij, castra mouit. Malatesta Balionio, ad  
 urbem occupandam præmisso, direpto Feltranorum  
 præsidio, urbe est potitus. arces duæ arduo in colle si  
 te, capi statim non potuerunt, sed ne tempus uana  
 oppugnatione consumeret, modico ad urbis custo  
 diam relicto præsidio, Eugubium cum cætero exerci  
 tu proficiscitur: quod iter eo maturius fuit, quod pro  
 dendi oppidi spem, quidā ex oppidanis fecerāt. Ruge  
 rius Perusinus, cū aliquot equitū turmis præmissus, in  
 gressus oppidū, magna ui atq; impetu oppidanorum  
 repulsus, ad subuenientē exercitum refugit. Brachius  
 ubi uidet proditores neq; ad signum, neq; diem ap  
 paruisse.

paruisse, in suburbia quadrato delatus agmine, leue cum praesidiarijs, qui urbi à Feltranis erant impositi, praelium commisit: sed Vrbe montosa atq; aspera situ, & hostium munita praesidio, desperata, populatus agrum, ad Gualdium oppidum reduxit exercitum. Motis inde castris, quarta die postquam Asisium est reuersus, minorem arcem à custodibus traditam recepit, decimoq; inde die, maiorem & ipsi quoque sua sponte aperuere custodes. Asisio subactò, Legati Florentinorum ad Brachium uenerunt, qui nomine quidem à Populo Florentino, re autem à Pontifice missi, agere de pace coeperunt. Brachius ad eam conficiendam, suos & ipse Legatos Florentiam misit. inter ea confecta in hybernis hyeme, circiter Calēdas Martias, stipendium dare militibus coepit: tantum enim superiore anno pecuniarum coegerat, ut nihil nouis auctionibus opus esset. Milites quo ciuitas belli commoda sentiret, ex statuis Perusiam conuocati, hic equos, hic arma coemere iussi sunt. omnibus celeriter comparatis, in castra copias eduxit, equitum duomilia, peditum ingentem numerum. His uiribus atq; hoc belli apparatu, ad obsidendam urbem Spoletum, caput nunc Umbriae, proficiscitur. Spoletani aliquot exulibus, qui sub Brachio militauerant receptis in urbem, uno omnium consensu deditiōnem fecerunt. arx erat inexpugnabilis, omnium non modo in Umbria, sed in caetera Italia situ atq; opera munitissima. haec arduo posita in saxo, ex altera parte urbi superer-

minet, ex altera inuijs altissimisq; cineta præcipitijs, finitimorum montium societate, lato interuallo distinguitur. tum ex arce ipsa, pons ad montes pertinet crebris erectus fornicibus, ac tam altus, ut despicientium oculi exorta hebescant caligine: extremo autem ponte, turris alta munitaq; medio in monte prosurgit, unde quotiens urbano tumultu impetus in arcem fiat, subsidium recipere custodes queant, & hostes munitum turri pontem occupare non possint. Porro nature munimentis, etiam hominum accessit industria: quippe arcem triplex latissimus præcingit murus, quam etiam sine muro natura defenderet, tam lubrico undiq; & præcipiti lapsu, ut uel deuoluta saxa arcere oppugnatores possint. Brachius capta exteriori turri, quum & pontem libero aditu occupare contenderet, ipse quoq; instructus clypeo, egregie inter ceteros pugnam ciebat, & cautior futurus in prælio, ne quis se Imperatorem appellaret inhibuerat: pugnantem, emissa ab arce sagitta, infimo pede traiecit: quæ alte defixa humi, nec auelli pede, nec terra effodi poterat. Quod ubi gregarius aduertit miles, trabem forte ad extruendam congeriem portans, accurrit, Imperatoremq; Brachium appellans nomine, tormento & ipse corripitur, uulnere haudquaquam feliciori: quippe traiectum telum per mediam, ut erat extensa, palmam, et trabi quam gestabat infixum tenaciter hærebat morsu, nec deponere trabem poterat miles, nec palmam inde sine aliena ope deuellere. hic Brachius

chius, uelut sui periculi oblitus, Bene (inquit) habes  
 qui me alieno tempore uocas Imperatorem: egregius  
 hic terra, ille trabe dissuti, risum ceteris, nec sine suo  
 dolore, præbuerunt. Brachius uanam oppugnationem  
 ratus, ne quid temere aggressum militem saxa  
 colliderent, cingendam obsidione arcem, clauden-  
 damq; etiam à monte constituit. sed res multo egebat  
 peditatu: nam equitum, loci iniquitas, uanam operã,  
 faciebat. mittuntur ergo, qui militem mercede con-  
 ducerent, Perusiaq; imprimis peditum haberent dele-  
 ctus. Perusini sponte sua mille in castra uenerunt, in-  
 dubitatum bello robur, præter domesticam & insi-  
 ram illi genti animorum magnitudinem, rei milita-  
 ris minimè imperiti: hi post paucos dies obsidioni re-  
 licti, egregia belli egere facinora. Brachius quod du-  
 bitabat de Spoletanorum fide, undecim obsidibus im-  
 peratis, ac Perusiam missis, extra urbem cum equi-  
 tatu processit. causa procedendi fuit, quod nuntiã  
 est, Sfortiam à Regina Neapolitanorum, aduersus  
 se missum, magno cum exercitu aduentare. Sed quo-  
 niam res admonuit, pauca de Regina dicere aggred-  
 iar, quo magis reliqua in aperto sint. LADIS-  
 LAVS Rex, quum duas uno tempore habuisset uxo-  
 res, tamen sine certis liberis, & legitima prole de-  
 cesserat. factum profecto indignum tanto regno, cet-  
 terum Regis illius immanitate dignissimum. Huic  
 mortuo, Ioanna soror successit imperio, non uirtute  
 aliqua, aut prudẽtia, sed præcipua Neapolitanorũ in  
 Regiam



Regiam stirpem fide. Hæc nihil mulierum natura indignum egisse in uita traditur, nam & maritos alios purpureo laqueo suspendit, alios nudos à thoro, extra fines Regni præcipitauit: & liberos, quos uirris parere non poterat, per adoptionem nulla cum stabilitate suscepit. quippe nunc primum Alphonsum Valentinorum Siculorumq; regem, mox deinde Ludouicum, quem diximus ex Gallorum gente, adoptauit. quæ res, multorum malorum origo Neapolitanis fuit. Regina uel aliquo suorū hortatu, uel quod magis putauerunt, à Pontifice sollicitata, tria milia equitum Duce Sfortia mittere aduersus Brachium ferēbatur. qua re cognita, Brachius Perusinis in obsidione arcis relictis, cum delectissimo equitatu, nulla interposita mora, Tudertum proficiscitur. huc profectus, Sfortie literæ redduntur, quibus significabat nihil se contra eum moliturū: Tartaliam unū esse quē peteret. Brachius ut erat summi consilij, cognita fraude, ferē in hæc uerba rescripsit ad Sfortiam: Sibi quidem, quem ille peteret incertum esse, cæterum uel se, uel Tartaliam peteret, id contra se futurum. neminē sibi Tartalia esse chariorem, priuatam amicitiam, publico etiam foedere roboratam esse: proinde sciret, Brachium amicum illi esse non posse, cui Tartalia esset inimicus. Mititq; extemplo, qui rem omnē Tartalie nuntiaret, simulq; diem diceret, qua die Volseum cum omni exercitu conuenirent. Inter hæc Sfortia deductis è Monte Rotundo copijs, inter Viterbiē

Et Montemflaconem castra collocauerat. sed Brachio diutius in Tudertinorum finibus haerente, Tartalia prior Volsenum, ut erat constitutum, peruenit. quibus de rebus certior per speculatores factus, Brachius traiecto Tyberi, eodem et ipse contendit. iunctis ad Volsuuium castris, missi exploratores, qui hostium iter exciperent, Sfortiam radices montis occupasse, paulatimque in cacumen euadere nunciabant. Brachius maturandum sibi censuit, et supremum iugum, magna cum celeritate occupandum. Mons flascus ingenti est altitudine, sed qua parte Viterbium despectat, a quo octo passuum distat milia, molli ac decliui lapsu in planiciem descendit: qua uero in subteriacentem desinit lacum, a superiore cluuo, quinque passuum procul a Volsuuiio profurgit: tanto finitimis editior montibus, ut longo tractu terrarum regionumque interuallo prospiciatur: nec tam altitudine, quam uini copia et praesentia notus. Hoc monte ab utroque Ducum ingenti celeritate occupato, cum Sfortia ad supremum cacumen, Brachius nondum ad moenia oppidi, quod in cacumine situm est, peruenissent, modico spacio confederunt. Brachius accusata militum tarditate, exercitum ad planiciem, non satis tutum fore locum arbitratus, eduxit: non procul a radicibus montis, quod postea euenit, superiorem numero hostem aut descensurum ad praelium, aut Viterbium per saltus rediturum. igitur Tartalia ad se uocato,

quid facto opus esse ostendit. primum uarij dimissis exploratores, qui totam noctem in speculis uigilarent, & quum mouere hostis coepisset, quam celeritate nuntiarent. Tartaliam deinde ad extremos saltus occupandos, obliquo tramite cum duabus cohortibus proficisci iubet. ipse ad arma per speculatores citatus, cum reliquis copijs ingressus soluas, parata intentaq; acie, equorum uestigia sequebatur. Iam Tartalia non procul à Viterbio hostem anteuenterat, qui paululum subsistens, properantem Sfortiam, & quod accidit, metuentem, tandiu pugnando demoratur, donec à tergo urgentes Brachiana cohortes, adirentur. quæ tanto impetu se in hostes intulerunt, ut dissipati subito, relictis omnibus impedimentis, in fugam se conuerterent. & uia partim angusta erat, partim recurua atq; inflexa, ut non commode preliari milites possent. tum si potuissent, subitus hostium & improuisus impetus, modicum consilium, ingenti terrore discusserat. duo milia & trecenti equites capiuntur. Sfortia, prementi hosti, plurimis acceptis uulneribus, propinquitate urbis euasit. Tartalia post uictoriam, non procul inde statua posuit. Brachius primum Tudertum, mox Spoletum magna cum præda, nec minore gloria reuertitur. Inter hæc Sfortia tam subita calamitate afflictus, belli reliquias cogere, & qui pugna euaserant, ingenti, ut fama erat, Regina, ut res habebat, Pontificis stipendio confirmare coepit. Tartalia quoque à Pontifice sollicitus

sollicitatus, magno accepto stipendio, cum Sfortia  
 coniunxit. quæ res haud multo post infeliciter  
 uertit. NEQVE ENIM FACILE NOVA  
 atq; incerta amicitia constare potest, ubi uetus &  
 probata deseritur. Pontifex cui iam pridem inuisa e-  
 rat Brachij potentia, etsi agebatur de pace, omni ta-  
 men studio proximos, cum populos, tum Duces  
 concitare conabatur, ut nondum confecta pace, Bra-  
 chium opprimeret: Sfortiam & Tartalam iunctos,  
 alterum alteri conciliauerat. Guidum Feltranum,  
 qui Urbinaibus & Eugubinis imperabat, cum Per-  
 usinorum & Asisiatum exulum manu, sollicitabat  
 ad bellum. Carrariæ comitem, magno cum exercitus  
 mercede conduxerat. Angelum Pergulensem, quem  
 Perusino bello uictum profligatumq; ostendi, &  
 multos præterea militares Duces, cum duobus mili-  
 bus equitum, unâ in castra coëgerat. undiq; hostiles  
 apparatus nuntiabantur. Brachius, uerius ne tanta  
 bellorum mole opprimeretur, antequam omnes ho-  
 stium copie unum in locum conuenirent, aut consli-  
 gendum cum singulis, aut distinendas quoad posset  
 existimauit. igitur ipse cum parte copiarum profre-  
 tus Asisium, ut Feltranis obsisteret, reliquum exer-  
 citum, in obsidione arcis dimisit. hostes interea de  
 coniungendis exercitibus consilia inibant. Guido Fel-  
 tranus, quod de prodicione Asisij, per quendam age-  
 batur, Sfortiam & Tartalam, ut Narem ac Tyberim  
 traicerent, crebris nuntijs hortabatur. Quod

eo faciebat consilio, ut Brachio ad arcendum illorum aduentum conuerso, Asisium sine presidio relinqueretur. Brachius interceptis nuncijs, cuncta hostium consilia, præter quàm prodendæ urbis intercepterat. nec multis post diebus, per exploratores cognoscit, Sfortiam cõfirmato leuiter exercitu, prædatum tendere in Perusinum agrum, ad arua Clusina depopulanda, quo non solum Perusini, sed finitimi quoq; sua pecora compulerant. Iam Sfortia transmissio flumine, plana, leuiter armata manum, ad excurrenda arua, præmiserat. ipse firmioribus cohortibus paululum subsistens, non multo interuallo sequebatur. sed ueritus ne quos Vrbeuetanorum presidio Brachius imposuisset, redeuntem cum præda inuaderet, cautior cunctatorq; procedebat. ubi aruus appropinquauit, exercitus quàm latissimè fusi, ingentem prædam hominum pecorumq; cõegerunt. Brachius de hostium profectioe certior factus, celeriter cum quingentis equitibus ad transitum fluminis occupandum intercludendumq; hostem delatus, Sfortiæ præuenterat, tanta uelocitate, ut triginta passuum milibus, una nocte confectis, uix trecenti cursum eius æquare potuerint. reliqui itinere fessi defecerunt. hoc in loco expectato hostium reditu, prædatorum inconditum agmen aggressus, ingenti terrore perculit: paucisq; captis equitibus, præda omnis est erepta. sed milite tam longo noctis itinere fatigato, persequi latius hostem non potuit.

Plurima

Plurima bella consilio hic Dux, nonnulla inuicti  
 militis uirtute, cuncta tamen incredibili celeritate  
 confecit: quem hostes tot milibus passuum procul  
 dormire crediderant, à tergo atq; à fronte prius in-  
 uadentem sensere, quam quicquam de eius motu  
 uel suspicari potuissent. præda his quorum erat re-  
 stituta, collectisq; quos in itinere fessos reliquerat,  
 Asisium proxima nocte reuertitur. Hic nõ amplius  
 uno demoratus die, quo miles quietem caperet, in  
 fines Eugubinorum acie infesta proficiscitur. oppu-  
 gnato Glomesio, quum arcem capere non posset,  
 oppidum direptum à militibus incendi iussit. proxi-  
 mo deinde uastato agro, exercitum cum præda re-  
 duxit. Inter hæc speculatores uario dimissi, Sfortiæ  
 & Tartaliæ aduentum referebant, iam Tyberim flu-  
 men traicisse hostilem exercitum, iam peruenisse  
 Narniam, & Capitonum oppidum in Narniensi ce-  
 pisse, etiam transfugæ nunciabant. Brachius ratus  
 hostem ad soluendam Spoletanæ arcis obsidionem  
 uenire, Asisij modico præsidio relicto, dimissis qui  
 Feltranorum motus exciperent, ad Sanctum gemi-  
 num non procul à Narnia, mouit castra: inuasurus  
 hostem, si Narem amnem traicere aggredereur, si  
 mulq; si quid Feltrani processissent, solita celeritate  
 profligaret. quod ut tutius facere posset, omnes flu-  
 minum ac montium aditus iussit occupari, interclu-  
 surus hostes, si ad defendendam arcem uenire pro-  
 pcrassent.

234 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
perassent. Feltranorum aliud erat consilium, qui ut  
bi uidere relictum ab hoste Asisium, nec magno le-  
neri praesidio, sollicitare qui prodere oppidum pro-  
miserat, ceperunt: dicunt horam atq; locum. A S I-  
S I V M arduo in colle situm, Phanum ad radices  
habet, pro mœnibus, omnium quæ in Italia sunt ope-  
ra & structura pulcherrimum: hic angustum erat  
tenui muro obductum, & eam ob rem, paucis ante  
id tempus obseruatum foramen, qui proditionem at-  
tegebat, Idibus Octobribus, de prima uigilia, uenient  
ti hosti locum aperuit. & quia plures aditus angu-  
stus non capiebant, singulos ad se equites, medio  
noctis silentio recipiebat: iam in multas horas pro-  
cesserat res, nec recipiendi finis ante factus, quàm  
duo milia equitum, & mille ducentiq; pedites es-  
sent intromissi. qui ubi superiorem urbem, mediâq;  
in urbe forum, occupauère, subito sublato clamore,  
oppidanorum somno graues animos, terruerunt,  
& qui Brachianæ factionis erant, eorum domus for-  
tunâq; direpta sunt. mox facto nequicquam in ar-  
ces impetu, quum eas expugnare nequiuissent, mu-  
nita urbis occupauerunt loca, nec cede quidem ali-  
quot oppidanorum abstinuère, nocte ut augente au-  
daciâ, sic furorem clademq; tegente. Asisij dese-  
ctione nunciata, Brachius ingenti affectus est dolo-  
re, cum quod urbs erat finitima Perusinis, & asis-  
dui belli futura materia, tum quoniam plurimû ex  
ea re, sua detractum gloriæ, iudicabat: sed ubi in-  
tellexit

tellexit neutram arcem expugnare hostem potuisse,  
 recuperandæ urbis consilium requirebat, cui rei  
 nulla re magis, quam celeritate opus esse arbitra-  
 batur. igitur sub occasum solis, cum mille equitibus  
 Asisium uersus contendit. uix mille processerat pas-  
 sus, quum statim præmittit, qui quingentos pedites  
 Perusia accirent, ut qui triginta imperatis obsidi-  
 bus, reliquas copias quos obsidendæ Spoletanorū  
 arci reliquerat, contraherent. Fulgmatum præterea  
 tyranno literas dat, ut quadringentos pedites Spel-  
 lum ad se mitteret. ubi Spellum est festinatum, Peru-  
 sini, quod longius aberant, ad diem non conuenēre.  
 Brachius tanto coactio peditatu, quod montuosum  
 futurum erat, prælium addito uirtuti dolo, primum  
 Tudertinis recuperatum Asisium, profligatumq;  
 hostem nunciauit, simulq; iussit, ut luminaria pri-  
 ma, ut fieri solet, nocte per moenia turresq; dispo-  
 rent. quod ideo factum, ut urbis desperata defensio,  
 quando Asisium oppugnaretur, uenientem hostem  
 retardaret. nec consilium sefellit: Nam quum sollici-  
 tati à Feltranis Sfortia & Tartalia, traiecto Nare  
 ad ferendum Asisiatibus auxilium uenirent, prosperis  
 in Tudertino luminaribus, quod erat uictoriæ si-  
 gnum, tardum esse subsidium rati, non procul à  
 Narnia restitēre. Brachius interea paucos ad mina-  
 rem præmisit arcē, ferreos cancos, ingentemq; uim  
 malleorū cōportare, & continentē arci murū, quan-  
 tū duodeni simul equites intronitti possent, demoli-  
 ri iussit:



256 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
ri iussit: misso deinde ad occupandum superiorem  
montem peditatu, ipse cum equite, ante primam lu-  
cem, ad minorem se ostendit arcem. hostes etsi præ-  
ter ciuem numero præstabant, ferocitate tamen Bra-  
chianorum percussi, quam maximis inter urbem at-  
que arcem munitionibus factis, fossas longissimè du-  
ctas, uallo aggereq; munierunt: huc quicquid usquã  
inuentum est trabium, tabularumq; congestum. mul-  
tis in locis ubi debilitas loci maiorem exposcebat  
opem, ingenti saxo late ac præalte constructæ mace-  
rie. Brachius peditatu in aciem producto, equitatu  
omnem, qua muri erant deiecti, turmatim intromit-  
tit, dispositisq; à latere sagittarijs, qui oppugnantes  
eminus ferirent, signa in hostium munimenta iubet  
inferri: sed quamuis magno facto impetu, nihil ta-  
men in tanta congerie milites proficiebant: & qui  
intra munitiones pugnabant, numero ac uirtute re-  
sistentes, ubi uis hastarum urgeret, infra trabes oc-  
culebant sese. alij modico interuallo remotiores, et  
minus in hastatos coniciebant tela, quæ res oppu-  
gnationem durissimam faciebat. Brachius, inuidia  
tam subite defectionis, incendebat militem. Feltra-  
ni, quod credebant Sfortiam ac Tartaliam insecu-  
tos hostem, subsidio uenturos, uana spe fortissimè  
impetum sustinebant. Brachius ubi uidet frustra ten-  
tatas munitiones, directis in hostem sagittarijs tri-  
ginta fortissimos delegit equites, atq; ita parua ma-  
nu, ingens orsus est bellũ. Hæc simul agebat, simul  
aliquos

aliquot pedites, ad maiorem arcem, secundum urbis  
 moenia dimittit, qui praelio intemum hostem, superne  
 adorti, munitionibus auerterent. Interea qui munitio  
 nes tuebantur, & quos eminus tela conijcere diceba  
 mus, acerrime pugnantes à sagittarijs confodieban  
 tur: tum Brachius propius signis inferri iussis, Age  
 (inquit) sequere me miles: atq; ita concitato equo,  
 primus omnium perripit in hostem. ceteri tanto  
 uirtutis exemplo, simul ne Imperatorē iam inter hos  
 tes summo cum periculo dimicantem, desererent,  
 uno globo conferti, profiliere intra munimenta: res  
 penteq; omnis est subssecutus exercitus, tanta ui ani  
 morum, ut nonnulli fossam transire nequeūtes, à cae  
 teris equitibus cōtriti, conculcati; sint. hostium mi  
 lites tandiu obstiterē, donec interiora munimenta,  
 tutiore conficerentur loco. sed hæc quoq; superno ad  
 uentu peditatus perfracta, reiectaq; uictori iam mili  
 ti patuere. oppidani conterriti, suas quisq; domos, di  
 uersa fuga repetebant, atq; urbis direptionem metu  
 entes, preciosissima quæq; defossa obruebant terra.  
 Iam agrè à miliibus repugnabatur, quum diuersa fa  
 ctionis ciues, clypeis tecti succurrere. quæ res ut ui  
 ctoriam tardauit, ita maioris causa cædis fuit: nusquā  
 pugnatum est atrocius, hostium fortissimus quisque  
 trucidatus, nec quisquam nisi uulneratus, referebat  
 pedem. ciuibus clypeatis, Brachius ne equos ueruis  
 aut hastis confoderent, Perusinum peditem, ab obsi  
 dione reuocatum, opponit: qui recens atq; integer,

258 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
magnam ciuium edidit stragem. ancipiti aliquandis  
pugna, tamen hostes pleriq; à sagittarijs ac pedibus  
uulnerari, deficiebant magis quàm cadebant. equita/  
tus angusto loco nihil egit aliud, quàm quod hosti paula/  
tim cedenti, ne quando ultra procederet, resistebat,  
quum pedites à fronte, dextra, leua, continuo, uliro,  
inferentes signa dimicarent. iam uentum erat ad de/  
cliuiam urbis, hic primum hostes iniquitate loci reuel/  
ati, manifestam cepere fugam. pauci per aduersam  
urbis partem muro sese eiecere: portis euasere non/  
nulli, ceteri capti omnes: cecidere in prælio ducenti:  
Brachiani non multi desiderati: ceterum uulnerati  
complures. Inferiore deinde urbis parte, cui ho/  
stes quod alterius erant factionis, pepercerant, diripi/  
enda militibus data. præter ignobilem multitudinem,  
septingentos ex hostibus coniecit in uincula, eosq;  
partem Perusiam, partem Tudertum obseruandos  
dimisit: qui aliquot menses non publica solum erga  
stula, carceresq;, sed priuatas ciuium domos com/  
pleuere. Exules Perusinarum, Perusiæ, Afsinatium  
Afsij capitali supplicio affecti. qui urbem hosti pro/  
diderat, altissima turri præcipitatus: in ceteros mi/  
nus seuitum. Dum hæc ad Afsium geruntur, ducenti  
milites qui arcem Spoletanam tuebantur, facta eru/  
ptione, uacua, & urbanis & militaribus præsi/  
dijs, inuasere urbem. Depulsi quos Brachius ab exi/  
lio reuocauerat, ipsi tenuere imperium. Brachius  
post deuidum Afsium in Tudertinum ad copias  
hosti

hosti obijciendas, transitumque in Hetruriam atque Umbriam prohibendum, concesserat. His diebus Bertha uxor Perusiae moritur. Hæc nobili Armanorum familia, septem & uiginti annos coniugio, sterilis tamen sine prole, expleuerat. Eius funus magnifice celebratum, sepulchrum genere & uiro dignum erectum est, denique humana, atque diuina persoluta omnia. Inter hæc, Tartalia quanto ante id tempus amicus fidelior, tanto post uiolatam, aut certe desertam amicitiam, hostis insensior. Ut PLAEVRNÆVE mortalium animos delicta sua exasperant, omni uia tentare, uirtute, dolo, quo pacto Brachij, & imperium offenderet & dignitatem. Hic ex Vrbeuetanis captiuus quendam sollicitat, ut urbem sibi proderet, totius Italiae situ munitissimam, multa atque ampla pollicitus, facile hominem ad proditorem impellit: dimissum ad suos, hortatur ut rem pulcherrimam, quam occultissime posset, maturaret. Sunt qui non captiuum, sed alterius factionis hominem sollicitatum uelint, quicumque is fuerit, constat de prodicione agitatū. coniurauere in eam rem ex ciuibus nonnulli, quibus suæ fortunæ non satis placebant. Vrbi autem Malatesta Balionius, paucis cum equitibus præsidebat: qui ubi clam de proditoribus compertum habuit, excubijs ac uigilijs confirmatis, rem omnem dissimulatam, ad Brachium detulit. illi re cognita, non prius de supplicio coniuratorum, quam de hostis profligatione consilium occurrit. summa

igitur celeritate, cū octingentis profectus equitibus,  
 noctu clam urbem ingreditur, statimq; ciuitatis por-  
 tis claudi iussis, proditorem capiendum curat, cui ar-  
 tiffime catenis iniectis, quanto in periculo sit, &  
 quāmiuste pereat ostendit: uno facinore recuperari  
 posse, si eius opera Tartalia hostis interciperetur.  
 hac una re & famam, & uitam recepturum, alio/  
 quin crudelissimo exemplo, & cruciatu periturum  
 esse. ille magnitudine periculi, simul quod uidebat  
 frustra iam moliturū reliqua, mittit qui Tartalia ad  
 urbem occupandam aduocaret, dicitq; & diem &  
 horam, qua hora urbem esset ingrediendum. Adicit  
 uigilem se ea die ad urbis stationes excubiturum, cla-  
 uesq; habiturum ciuitatis, frustra deinde rem tentat  
 tum iri, si nunc tam opportunum prodendi tempus  
 elaberetur. Tartalia motis à Monteflascone castris,  
 magna spe potiunde ciuitatis elatus, quod sperabat,  
 primo tumultu alteram factionem ad arma concursu-  
 ram, non cum omni exercitu, sed quo tectior esset  
 res, cum trecentis delectis equitibus, totidemq; pedi-  
 tibus ad urbem contendit. Brachius intenta expecta-  
 bat acie, iam ad portas peruenerant milites, quum  
 crepitum armorum intra urbem resonantium excipi-  
 entes, ueriti insidias, reserre pedem coeperunt. Bra-  
 chius dolo non procedente, instructa, ut erat, acie,  
 magna ui, & clamore erumpit in hostem: tandiu  
 persecutus fugientem, donec Tartalia ipse, cum pau-  
 cis Suganum confugeret, ceteri omnes caperentur.

mox Sugano oppugnato, suburbanisq; direptis uicis, qui cum Tartalia eo confugerant, equos ad unum amiserunt, ipsi ad interiora oppidi se receperunt. Sed quominus oppido potiretur Brachius, causa fuit paucitas peditatus, cum nec sagittarios quidem in subitam expeditionem adduxisset: sunt qui affirmant, Tartaliam è moenibus appellasse Brachium, multisq; que in ueterem amicitiam commemoratis, ut obsidione discederet exorasse. Post Tartaliam profligatū, Brachius sexaginta imperatis obsidibus, primoribus Vrbeuetanorum, Tudertum cum exercitu reuertitur. Post paucos dies, Mattheum V baldum Legatū ad Pontificem mittit, ut sepe iam tentatum pacem societatemq; postularet, nihil reliqui facturum, quominus Pontifici se conciliaret. interea Perusiam cum omnibus copijs reuersus, inferendum Eugubinis bellam constituit. Motis itaq; Perugia castris, Serram Eugubinorum munitissimum oppidum oppugnandum cōtendit: quod eo facilius futurum putauit, quoniam media hyeme nihil tale suspicari hostem existimabat. oppidum magno militum impetu expugnatum, alij direptum tradunt, nonnulli duobus milibus nummū ab hoste redemptum, autores sunt. Serra capta, Perusiam ad augendum exercitum, reparandamq; expeditionem reuertitur. interea qui speculatum erant missi, omnes hostium reliquias, ad Eugubium conuenisse referebant: ijs etiam Perusinorum, atq; Afsinatium exules, coniunctos esse. suspectiora

hac faciebant duo Duces, Angelus Pergulensis, & Guidus Feltranus, qui cum omnibus copijs, quæ ex superiore bello supersuerant, eodem conuenerant. Huc accedebat ingens agrestium peditatus ex proximis accitus oppidis, qui ad multa milia in armis esse, quotidieq; magis auferri, ferebantur. Brachius certior rerum omnium, per speculatores factus, Non. Ianuarijs, in fines Eugubinorum, qui Appennini colunt radices, peruenit: fuisse in eius exercituum equitum non amplius mille, peditum circiter duo milia, partim quos tyrones ciuitate delegerat, partim qui erant ueterani, & belli uarijs periculis probati. Hac manu tripartita, tris simul urbis portas est aggressus, tanto militum ardore, ut hostibus frustra repugnantibus, refractis portis, multi capti direptiq; eodem undiq; impetu referebantur: sed urbs edito in loco sita, sua se natura situq; defendit, tum ingens hostium ac ualidum erat presidium, ut facile uel saxis propellere possent oppugnantem hostem. Illud fuit omnium longe maximum, totum triduum confedisse intra moenia, & neque in superiorem euadere urbem, neque suburbanis depelli ab hoste potuisse, nec tamen unquam interea, nunc leui, nunc graui prelio cessatum. Tertia iam die nequicquam periculis consumpta, Brachius ubi uidet nihil se proficere aduersus hostem, desperata urbis expugnatione, soluit obsidionem, suburbijs tamen lato igni uastatis. miserrimum hostium oculis fuisse spectaculum.

incorum incendia: sed nec ad ea restinguenda, ante hostis discessum descendere ausi sunt. Brachius quicquid prope fuit, agri vastato, ad Fractam reuertit. Hic urgente adhuc hyeme, equitatum ad hyberna, peditem ad suam quenq; domum dimisit: ipse, paulo post Perusiam hyemandi gratia concessit. iam paululum hyemis restabat, quum Sfortia & Tartalia confirmato quoad potuerant exercitum, in fines Tudertinorum populatum uenerunt, pauca quaedam, nec situ, nec opera munita castella, ab his capta: quae res causae fuit expeditionis in Tudertinum maturandae. nec hostes quidem eius aduentum expectauerunt, satis rati, quod imminentem Eugubino bello auertissent. Ergo modico castellis, quae ceperant, relicto peditatu, ad sua statim hyberna, quae erant Transhyberim, se contulerunt. Per hos dies, quum Eugubini, hostium absentia latius ac licentius uagarentur, Nicolaus Picininus, cuius paulatim augebatur uirtus, parua manu eorum excurrit agrum, vastauitq; ut sunt SEMPER improuisa mala grauiora, multum praedae, multum captiuorum actum est. Hoc primum eius uiri auspiciu fuisse tradunt: nam ante id tempus gregarius miles, nec nobilitate, nec potentia clarus, semper postea uirtute & gloria insignis, aetate mea Ducum omnium in Italia praclarissimus: quos tanto post se reliquit interuallo, ut cum multi uarijque duces ex Brachij familia, ueluti ex militia officina, prodierint, hie



unus imperatoris sui, & nomen & exercitum retinere ausus sit: fide nemini secundus: qui & uiuentē Brachium nunquam deseruit, & illo mortuo, Brachianę militię assertor esse ac dici uoluit. nec quicquam nunc in Italia Brachianorum nomine magnificecens, quod alter maiore imperio peperit, non minore fide educauit alter. Quibus diebus hæc in Eugubinis gesta sunt, Legati qui cum Pontifice de pace conficienda iamdiu egerāt, Tudertum cum conditiōnibus redierunt. Brachius consilio Florentinorum, qui foederis autores fuerāt, quo præsens pacem confirmaret, Florentiam proficiscendum constituit: commodus futurum arbitratus, & ad beneuolentiam propensius, si ipse Pontificem adisset, loco præsertim minime suspecto: ubi, si quid insidiarum in se struere tur, uindicę habiturus esset, uiolate fidei, Populum Florentinum. Sed, quo famam sui nominis, & expectationem hominum compleret, curandi erant noui ac magnificentissimi uestium, comitum, equorum apparatus: primum omnium, familia cuncta, pari uestitu delecti milites, uestibus armisq; conspicui. Duces, Præfecti, Centuriones, argento auroq; ut cuiusq; erat dignitas, uestimenta, frena, phaleras, uario labore texturaq; distinxerant. arma tam bene iussa explorari, ut miratium perstringerent aciem: his adiecti ex aliquot populis, quibus imperabat, Perusinis, Tudertinis, Urbeuetanis, Narniensibus, Reatinis, Afsinatibus

bus aliquot instructissime ornati ciues: turba quidē  
 illa togator, sed cultu & magnificentia tanta in  
 profectiōe haud contemnenda. & ne quid dees-  
 set gloriae, Fulginatium & Camerium tyranni, pa-  
 ri hominum atq; equorum ornatu accessere comi-  
 tes. Rebus ita compositis, Nono Calend. Martias,  
 ad iter se parauerunt: quadringenti fuere equites,  
 pedites haud amplius quadraginta: ex his pars ha-  
 stati, pars sagittarij, omnes utrunq; Ducis clauder-  
 bant latus, nec usquam itineris ab illo recedebant.  
 Prima die uentum est ad Thrasimenum, Perusini  
 agri atq; imperij terminum. postridie Cortonensium  
 ingressi agrum, hic Florentini imperij est limes, mi-  
 ro rerum omnium apparatu accepti sunt. quippe Flo-  
 rentini per omnia ditioris suae loca dimiserant, qui  
 transeuntibus non haec usitata & uulgaria genera  
 cibariorum, sed rarissima et deliciosissima quaeq; mi-  
 nistrarent: nec ulla gens est accipiendis amicis, exhiben-  
 daq; liberalitate magnificētior. quatuor praeter  
 ea nobiles domi ciues, ad eum excipiendum praemis-  
 si, continenti itinere comitati sunt. ipse armatus, ta-  
 men sine galea, procedebat. pauci erant inermes,  
 quos è ciuitatibus ad honestandam profectiōem de-  
 lectos ostenderam, ceteri ueluti ad bellum intenta  
 pergebant acie. Tertius iam illuxerat dies, quum in  
 agrum Florentinum traiecto flumine Arno est per-  
 uentū. hic magnificentiora uideri coepta, siqua diffi-  
 cilius fuisset iter, limites iacebant aequati solo, saxa  
 5 5 quadam

quaedam malleis prærupta, quaedam in dextram, aut  
 laeuam seuoluta, expeditum reliquerant aditum. mo/  
 dicis præterea interuallis, frequentia exposita ciba/  
 ria, crebriq; per montem dispositi ignes aspiciebant/  
 tur, ut cum equis descenderetur, simul cibo potuq;  
 simul igni reficerent corpora. ubi uero ad liberã de/  
 uenere planiciem, tum ingens ciuium obuiam emissa  
 multitudo, & Cardinalium familia uniuersæ occurre/  
 runt. turbae quoq; puerorum, qui studio uidendi mul/  
 tum erant progressi, late compleuerant uias. horum  
 altissimæ uoces Brachium geminantes undiq; exau/  
 diebantur. nec grandiores se iam continere poterant  
 ciues, quin pari studio adducti, Brachium & ipsi bis/  
 terq; conclamarent. paululum iam ab urbe aberant,  
 quum in proximam diuertens casam, positis armis,  
 ornatissimas induit uestes: turpe ratus, si tam amicam  
 ciuitatem hostili salutasset uultu. purpureæ uestes, au/  
 ro atq; argento distinctæ, fulgebant. puniceum inuo/  
 lucrum, ueluti globus in ambû circumductus, supra  
 uerticem latius se proferebat. nec equi cedebant, ori/  
 namenta, phalerae aureis crissate bullis, longo irat/  
 etu per dorsum atq; armos descendebant, aurea lora  
 aureos quoq; excipiebant frenos. dum id moræ inter/  
 cessisset, populus frequens undiq; extra portam cor/  
 rueret, & quasi deû aliquem uisere, nunc totiens au/  
 ditum nomen, nunc inuiceli Ducis fama, & gloria ge/  
 starum rerum occurrebat, et quem animis uix capie/  
 bant, cum oculis satis inueneri non poterant. crescebat  
 crin

enim aspectandi studium, imperatoria quadam, et su-  
 pra mortalem iocunda presentia. Constat enim sta-  
 tura supra mediocrem fuisse, facie oblonga, sanguine  
 quodam cum dignitate suffusa, non nigris quidem or-  
 culis, sed tamen laeis, et nescio quid graue iocun-  
 deq; spirantibus. membris ceteris, nisi quae uulneru  
 deformatassent cicatrices, mirifice cedentibus, deniq;  
 aspectu erat pro tempore festiuo et graui, semper ta-  
 men imperatorio, ut inimici confessi sint, quanta uis  
 in frequentia aut corona pexmixtum, stantem seden-  
 temue ab ignotis unum ex omnibus pro imperatore  
 dignosci, primo aspectu potuisse. ergo Florentinis no-  
 satis erat uidisse semel: quacunq; se latior aperiret  
 uia, praetereunte anteuertebant. iteruq; aspecturi edi-  
 los occupabant tumulos. limitib. tandiu confidentes,  
 donec praetergressi ducis respiceret terga: tum uero  
 magno accelerabant gradu, quandiu a fronte uenien-  
 tem rursus intuerentur. nec turba magis quam clamor  
 fauentiu, et Brachiu iterum atq; iteru reclamantium au-  
 gebatur. portas ingredientem principes omnium ordinum  
 ciues, iuuentute et ipsi stipati receperere mediu. multi  
 per angustos uicorum inflexus conculcati contritiq;  
 ab equis, et quo magis procedebatur, hoc magis com-  
 plebantur omnia, magisq; coclamantis plebis uocib.  
 cuncta resonabant. nec segnius mulieres patrio exor-  
 nate more, ad copita uicosq; prodierant. illum pueri,  
 iuuenes, senes, uiri mulieres intuebantur. nemo un-  
 quam acceptus in ea ciuitate magnificentiis, nec tanto  
 fauore

fauore omnium ciuium: non illi externi externum prin-  
 cipem recipere, sed Florentinorum Regem uenerari,  
 nec maiore obseruatione, quam amore complecti uidebatur.  
 hac pompa comitatusque, ad Pontificis atrium peruen-  
 tum est, intronissum ad interiora penetralia, procu-  
 bentemque ad pedes, Pontifex perbenigne complexus  
 excitauit, gratiasque egisse Deo Opt. Max. dicitur, quod  
 aliquando tantum sibi uirum conciliasset. Brachius post  
 Pontificis complexum, primum pedem, mox manum,  
 sacro more deosculatus, sua in superiores Pontifices  
 beneficia commemorauit, neminem pro illorum impe-  
 rio plura maioraque gessisse, redactam totiens ac retentam  
 in fide Bononiam, Ladislaum non Roma solum,  
 sed Hetruria, sed Latio toto depulsum: graues, cum  
 in Piceno, tum in Umbria toleratas obsidiones, de-  
 inde pauca de fortuna sua differuit, patria pulsum  
 diu, in exilio egisse etate, a Bonifacio deceptum, in fide  
 tamen mansisse. Perusiam urbem, in qua ipse natus edu-  
 catusque fuisset, non quidem Pontificibus, sed regibus soli-  
 cius communibus Hetruria hostibus eripuisse. Sic Tudertinos  
 a Rege, sic Assisates a Feltranis deficere coactos,  
 in suam receptos esse potestate, qua omnia, etsi  
 ad Pontificum uera pertinerent, ab hostium tamen ma-  
 nibus esse detracta: quandiu in Pontificum fuissent  
 potestate, nihil contra esse molitum, eosdem se belli  
 socios, quos Pontifices inuasisent, eosdem amicos at-  
 que hostes habuisse. qua quanto maiora essent, tan-  
 to se grauiore dolore affectum, quod hostis esset in-  
 dicatus,

dicatus, quod diuinæ in eum imprecationes habitæ,  
 & quicquid uix in sceleratissimum quenq; fieri de  
 cuiisset, congressu hominum, sermone, communionem  
 esse inhibuit, postremo templis, aris, focus interdixit  
 sibi esse. Nunquam se nec læsisse, nec uiolasse  
 religionem Romanam, nec Deorum immortalium  
 templa prophanasse, nihilo secius, perinde quasi  
 humana diuinæq; polluisset, sunt stassetq; religionis  
 inimicum iudicatum, deuotumq; fuisse, quæ ut mul-  
 to grauius essent, ita se posthac quam æquissimo  
 laturum animo, fretum conscientia rerum à se  
 pro ecclesia summa cum fide gestarum, modo ope-  
 ra sua Pontifex uteretur, nunquam pro sanctissima  
 Religione defatigatum iri. Postremo orare Pontifi-  
 cem, ne grauiora hæc putaret, quam quæ ipse obli-  
 uisci posset, siquid unquam fortiter pro superiori-  
 bus Pontificibus ac fideliter gessisset, nunc multo fi-  
 delius gesturum omnia. Nullam iniuriam acceptam  
 tanti apud eum fore, ut à fide & opinione laudis de-  
 ficeret. BELLA non magis uirtute constare quam  
 fide, se sic à pueris institutum, BVM uirum esse præ-  
 clarum, quem nullæ iniuriæ, quamuis graues, effi-  
 cere possent iniustum. Natum se sub Pontificum im-  
 perio, sub eodem & adoleuisse, & patria extorrem  
 actum, pulsus Roma Pontificibus, locum sibi in He-  
 truria non fuisse. illis receptis, se quoq; aliquid habuisse  
 uirum, eandem sibi quam illis alluisse fortunam,  
 nec nunc quidē alieno esse animo, habere Diji-  
 gratias,

gratias, opes quàm nunquam antea maiores, & eas  
 ipsas non aliena ope, sed beneficio fortune, & uirtute  
 te sua partas, has omnes Pontifici polliceri, uenturum  
 in bellum cum exercitu, Romani iuris oppida reditu-  
 rum in potestatem, deniq; facturum omnia, quæ  
 eunq; pro re sua facere quisquam posset. Ad hæc,  
 Pontificis pauca suere uerba: Se quicquid fecisset  
 coactum nouitate imperij fecisse, nec magis Brachium  
 quàm ceteros, qui aliquid Romani iuris arripisset  
 hostem esse iudicatum: IMPRECATIONES uero  
 & diuinas illas execrationes, incitamenta quædam  
 fuisse terroris, nihil tamen periculi habuisse, nec  
 omnia quæ ore coram proferuntur, nocendi ani-  
 mo proferri, ea iam expiata esse. Cæterum tam libe-  
 rales pollicitationes grato accipere animo, iam nunc  
 eius consilio atq; ope bello paceq; usurum, hæc ubi  
 ultro citroq; dicta, Brachius facta potestate abeundi,  
 ad refertum populo, undiq; uisendi studio cõsistente,  
 uestibulum, exit. Exceptus ab illis ipsis ciuib. quos  
 una comitatum profectos ostendi, Pontificis quoq; sili-  
 patius familia, ad Arnium flumen, qui mediam secat  
 urbem reductus est. Parate erant amplissima ciuitatis  
 domus, comites qui uenerat, suo quisq; susceptus  
 hospitio, ipse in patentissimam egregio cultu extru-  
 ctam deductus domum: etsi sepe alias audiuerat, tum  
 primùm quanta esset eius urbis magnificentia persper-  
 xit. Parietes erant Gallicis tapetibus cõtecti omnes,  
 tum latissimi strati tori, uacuis, sed auro purpuræq;  
 pi. Alis

pictis in cubiculis eminebāt: uasa quoq; in coenaculo  
 lo partim aurea, partim argentea lōgissimo ordine  
 feriebāt oculos. huc publicē, huc priuatē cōgesta de  
 litia, tum epularū quicquid unquā mortaliū gula po  
 tuit excogitare, aurata fereula, aurata cōdimēta, nā  
 uulgares succi, liquoresq; sorduerāt, hęc omnia re  
 gno cultu succincta iuuentus, honestabat. Nobilissimi  
 ciuitatis iusti mēsas sternere, apparare atq; adesse di  
 scētib. q̄ lectissimi ornatiq; cōuenerant, tum  
 ciuū qui autoritate & præsētia pollerent, duplex  
 cōfessus ordo: alteris parandarū rerum datū nego  
 ciū, alteris comitādi ducis imposita cura. Ludi quorū  
 que per singulos dies instituti celeberrimi, ubi ne quā  
 deesset Hetruscæ opulentia, ne mulieres quidē uiro  
 rū cultui, magnificētiq; cesserūt: has aurea moni  
 lia, has ultimo solis orbe petita gēma, decorabāt, de  
 niq; quicquid diuitiarū in ciuitate fuit, publicē pri  
 uatimq; ostentationi datū. Postero die in Curiā Flo  
 rentinā ad Dominos salutandos accessit, (sic enim  
 Decemviri, quos penes imperiū ciuitatis sitū est, ap  
 pellātur duorū mensū Magistratus.) hic multa beni  
 gnē utrinq; amiceq; dicta. Erachius pro tanto bono  
 re, simulq; pro cōciliato sibi Pōtifice gratias agere:  
 Florētinus pristina eius in se beneficia cōmemorare,  
 uterq; se deuinctū facere: quibus ex rebus ingens est  
 conflata beneuolentia, quum uterq; sui beneficij o  
 bliuiss, meminisset alieni: hinc illud tacitū, & nun  
 quā postea uiolatū fœdus, perpetuaq; cum Florenti  
 nis amicē



272 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
nis amicitia. Postridie eius dici, Pontificem iterum  
aduiuit, nec minore comitate acceptus, multa de pa-  
ce, concordiaq; multa etiam de Pontificis statu dis-  
seruit: sic totus, in consultatione gerendarum rerum,  
ille consumptus est dies. Inter hæc Florentini, qui  
mirificè tampridem Brachio fauebant, Guidum Fel-  
tranum Florentiam acciuerunt, quo duo uicini Du-  
ces, pauloante amicißimi reconciliarentur: nec fuit  
difficile. quippè Brachius cõmemoratis offensionibus,  
nec beneficiaquidẽ suppressit, sic nouum odiũ,  
ueteri officio sopitum, & duo Duces precibus Populi  
Florentini, eadem qua prius amicitia deuincuntur,  
hæc res non fuitimos solum, sed totam Hetruriam  
in pace diũ continuit. Nec fefellit Florentinos,  
una opera, et patrium bellum sedatũ iri, & utrunq;  
Ducem deuinctam, concordie autoribus fore. Iam  
aliquot præterierant dies, quum Brachius, quoniam  
alia magnificentia, uti alieno in Regno non poterat,  
equestres ludos celebrari instituit, apparatus  
quanto nec antea, nec postea quicquã est usus. Fuit  
re in ludis milites galeati centũ uiginti, ciues etiam  
nonnulli, & (quod ipsi mirantur qui interfuere)  
unus in ludis, hastarum sex milia contracta. multa  
Florētini priora audiuertant, plura postea eiusmodi  
uidere certamina, nullũ tamẽ huic neq; numero cur-  
sorũ, neq; apparatu et pōpa militari cōparadũ: nec  
quẽ ludis ipsis, q̃ tãti ducis presentia decori fuit. ille  
milite instruebat, ille porrigebat hastã: idẽ currentẽ  
& sub/

& subsequēbatur & incitabat : quæ res adeo grata  
 fuit populo Florentino, adeoq; uisa gloriosa, ut ni-  
 hil in ore omnium aliud, quam unus Brachius uer-  
 saretur: illum interdū per urbem uniuersi comitari,  
 illum domi taciti ac ferè attenti suspicere, noctu car-  
 mina per urbem cæteris ignominiosa, illi laudem di-  
 centia canebantur. Primo noctis aduentu, pueri, iu-  
 uenes, & ipsæ ante sua limina mulieres, hæc ad ly-  
 ram cecinerunt: BRACHIVS inuictus omnem  
 debellat gentem, Martinus Papa non uolet quadran-  
 tem. multis in locis hæc eadem parietibus inscripta,  
 nec præconijs sæpe factis parebatur, quod adeo Pon-  
 tificis offendit animum, ut sæpe postea Florentinis  
 quadrantem exprobrauerit, capitaleq; in eos conce-  
 perit odium. Iam uigesimus uenerat dies, quum om-  
 nibus compositis rebus, percutienda erant scœdera:  
 nec deerat Sfortia, qui Pontifici acceptior, omni stu-  
 dio ad pacem hortaretur: persuasitq; ut Brachium  
 contra Bononienses, qui paulo ante rebellauerant,  
 cum exercitu mitteret. hoc si faceret, Neapolitano-  
 rum regnum uacuum Rege, à mollißima inuasum  
 muliere, facile in eius uenturum potestatem: cui rei  
 nisi procul distineatur, Brachium impedimento fo-  
 re. Nam Regni optimates ægre ferre mulieris impe-  
 rium, iam tantam eius esse inconstantiam, ut duos  
 regni instituerit hæredes, & quum prior displicuis-  
 set, alterum ad inferendum patriæ bellum armauerit.  
 Iturum se cum exercitu ad regnum occupandum,  
 † nec

274 IOAN. ANTON. CAMPANI DE  
nec aliter fieri posse, nisi Brachium stipendio astri-  
ctum, quam posset procul a regno distraheret. Bo-  
noniense bellum diuurnum & periculosum fore,  
hoc illum aut nunquam aut sero confecturum. His  
uerbis persuasus Pontifex, nullam pacis conditione  
repudiandam constituit, modo Brachius exercitum  
contra Bononienses traiceret: ratus, uno tempore,  
duplici se uictoria, & Bononiensium, & Regni po-  
titorum. Foedera in hunc modum percussa sunt: BRA-  
CHIVS exercitum omnem in Galliam traicito.  
BELLVM cum Bononiensibus gerito. OPPIDA  
que capientur Pontificis sunt. ANTE confectum  
bellum, neque exercitum reducito, neq; ipse in He-  
truriam sine exercitu redito. PONTIFEX equi-  
tatu, peditatuq; stipendium praebet. PERVSINI  
Asiatiates, Camarienses, Spellani, Esini, Guldenses,  
Tudertini, sub Brachyq; liberuq; nepotumq; im-  
perio manento. CASTELLVM PLEBIS, Mon-  
temalboddi Rochamcontratam, ipse, filijq; nepo-  
tesq; in potestatem habento: quibus uelint uendun-  
to, largiantorue. SED neq; aduersus Romanum im-  
perium arma ipsi capiunto, nec hostibus praebento  
auxilium. VICES PONTIFICVM his in lo-  
cis gerunto, uita necisq; in municipes potestatem ha-  
bento: qui non parebunt, ijs etiam si ad Pontifices  
perfugerint, bellum quantum uelint inferunto. SI  
BONONIENSES non subegerit, idq; culpa non  
fuit, Pontificis foedera rata ne sunt. SI QUID  
ipseq;

ipseq; liberiq; molirentur contra, furestu profanq;  
 hominum congressus fugiunt. Tempa ne intran-  
 to, ignim & aquam ne inueniunt, urbibus agrisq;  
 spoliantor.

# IOANNIS ANTONII

CAMPANI EPISCOPI APRVTI-  
 NI, DE VITA ET GESTIS ANDREAE

Brachij Perusini, Italicae militiae Imperatoris

olim Strenuissimi, Liber

quintus.



Ito in eum modum fœde-  
 re, Brachius quo expeditio-  
 nē maturaret, Perusiam ad  
 conducendum militem, co-  
 hortēsq; ex hybernīs deducen-  
 das, reuertitur: non mi-  
 nore à Florentinis dimissus  
 honore, quā acceptus. Ergo nouo diuenerato sti-  
 pendio, primum confectam cum Pontifice & Feltra  
 no pacem à Pracone declarari iussu, totoq; animo  
 intentus ad bellum, ad paucos dies profectiōem mi-  
 liti pronuntiavit His diebus, Legati Arrimīensium  
 Perusiam uenere, petentes, ut natam ex concubina  
 filiam, Roberdo, Pandulsi Malatsta filio, desponde-  
 ret: quae res hoc facilius est impetrata, quod genus

Malatestarum, imprimis clarum atq; antiquum habebatur. Post hæc antequam in Galliam traiceretur pulcherrima cœpta ædificia: primum testudinem pro foro quàm longissimam protendendam, muros deinde ciuitatis reficiendos curauit, & quæ deuexior est urbis ad orientem præcipitem lapsum, ut plerumq; labes fierent, aluissimis erectis fornicibus æquauit, alterum nunc urbis rerum uenaliū forum. Simul hæc curabantur, simul quæ ad nouam profectiōem expedirent, arma, equi, milites parabantur. Nec multis post diebus, exercitus parte collecta, quò reliqui celestis sequerentur, Octauo Calend. Maias, uexilla ad arua Clusina iussit promoueri: ipse biduum in urbe componendis rebus, & magistratibus creandis commoratus, tertio die eodem contendit. Hic quoad omnes conuenirent copie, expectaturus, ac loci usurus commoditate (quippe pabuli atq; ligni mira fertilitas) dum ad Thrasimenum moram traheret, Nardū Vetulum, ueteranum quidem militem, sed tunc fugam ornare cupientem, iuuenis famulus accusauit: iussit ingredi tabernaculum, ac causam dicere, uultus sanguisq; defecerat, mox accito tortore, quum proposita noui exēpli tormenta expauesceret, Nihil (inquit) opus est quæstione, tuo accepto stipendio, tamen ad sfortiam properabam, cum quod ære premebar alieno, & arma atq; equos uendere durissimum erat mihi, tum quoniam & idipsum quod acceperam à te stipendij consumpseram, & ille duplicare promiserat.



traiecit, ascito sibi Angelo Pergulensi, eius aduentū  
 in itinere cum septingentis equitibus expectauerat, &  
 Legato Pontificis mercede cōducllus. Interea Bononi  
 enses tāto bellī apparatu cognito, undiq; peiuuerant  
 auxilia duces complures accitos, in Galliam pariem  
 intra urbem subduxerant, pariem per oppida atq; ar  
 gorum disparuerant, demq; tantū roboris collectū,  
 ut non obistere solum hosti, sed uincere posse confi  
 derent: equitū habuere tria milia, et quingentos, pedi  
 tum incertū, sed tamen ingentem numerum, quos ex  
 omni acciuerant Gallia: sed Duces erant uarij, quor  
 um neq; animi ad bellū, neq; auspicia conueniebāt.  
 Gabrinus Cremonensium Tyrannus, Albeicus no  
 uellus, Losius Vermes, Symon Canusinus, et alij per  
 multi, quorum nec res gesta, nec nomina ipsa erant  
 contemnenda. Brachius primo statim ingressu, ca  
 stra posuit non amplius quā quinq; milia passuum  
 procul ab urbe, quae res ut magno ciuibus terrori fia  
 rit, ita ducibus, qui militaris rei erāt periti, spem fecit,  
 hostilis exercitus profligandi. At Brachius quo ma  
 gis irritarentur ad praelium, simulq; ut eorum tenta  
 ret uires, ultrō signa moueri ad urbem iussit: quam  
 uero mille passus moenibus appropinquasset, ceterū  
 exercitum paratum, intentumq; ad pugnam, in pont  
 e quem uocant Crucitate dimittit, admonitis prae  
 ctis, ut non prius inde mouerent, neue pontem des  
 creuerent, quam ipse mouendi signū fecisset: ipse cum  
 octoginta lectissimis equitibus, centumq; pari robore  
 feduibus

peditibus, ad urbis usque uallum processit, ut & pro  
 uocantium ad praelium, & respondentium capti-  
 rentur uoces. Huic Loisius unus ex Ducibus, quem  
 dixi ea tempestate clari nominis, egressus urbem, cū  
 trecentis occurrit equitibus, coeptaq; leuis est pu-  
 gna. Brachus ueritus ne multitudine circumueneret-  
 tur, misit qui signum daret, quo signo quindecim ga-  
 leatos equites uocari iubebat, nec quicquam in illo  
 Duce ordine & celeritate insignius fuisse constat,  
 qui ubi adueneret, iussi expectare pugnae exitum, &  
 si qui portis egredierentur obseruare, aliquandiu prae-  
 lio abstinerunt: sed nemine egrediente, pugnam  
 & ipsi capessentes, conglomerati recto per uiam  
 cursu, dant sese in medium hostem: horum tanta uis  
 fuit, ut equo Loisius hasta ictus excutereur. eius mi-  
 lites perturbati, partim qui erant animo praesentiore,  
 ut iacentem Ducem excitarent, equoq; imponerent,  
 acerrime resistebant: partim moliebantur fugam,  
 ueriti, ne omnis simul adueneret exercitus. capti  
 sunt ex hostium equis octoginta, triginta caesi, mili-  
 tes utrinque sex desiderati. Loisio fugiente, magna  
 urbani praesidij egrediebatur manus, qui spectata ex-  
 moenibus pugna, atq; hostium spreta paucitate, fu-  
 gientibus suis sero auxilium ferebant. Brachus par-  
 ua quidem, sed pro loco atque numero insigni pos-  
 titus uictoria, ad castra rediit. Haec ut prima pugna,  
 ita felici auspicio gesta, nimis hostium depressit ani-  
 mo, contra Brachiani ab re bene gesta belli audiores



facti, pars late prædatum ire per hostium fines, pars si pari robore hostis ad prælium exiret, paratiq; portis armati pugnam expectare, interdum excursare ad urbem, & mœnibus hærentem hostem contumelia laceßere. Bononienses metu belli, primum omnes vires in urbem contraxerāt, sed mox populatio ne agri permoti, Ducum alios alio oppidorum præsidio dimiserant, qui & si oppugnationes fieri prohibebant, liberum tamen prædatoribus relinquebant agrum, nec totis uno in loco resistebatur uiribus, nec collatis signis usquam dimicabatur. Iam milites late circumuecti, quotidiana præda castra stationesq; cõpleuerant, nec parua et expedita peditum manu, sed graui equitum mole fiebant excursionses, nullumq; dabatur quieti tempus: tum Bononienses haud multo grauius ab hoste, quam urbanis atq; oppidanis præsidijs urgeri, hostes foris, illi domi cuncta absument, erant alendi equi, tecto recipiendi, sustentandiq; milites, nec quicquam magis quam pudicitie periculum ciuibus timebatur: promiscue præfectos cum mulieribus, milites cum ancillis uersari, tectorum cogebant angustia. Vno bello uariae erant obsidiones, agrestes nisi agmine in campos pabulatum lignatumq; exire minime audebant, præsidia magis hostium fines furtim prædatum incurere, quam a præda hostem prohibere. Quæ res mature conficiendo bello plurimum profuit. Oppidum erat Bononiensium Medicina munitum, opulentumq; hic ciues initio belli, quadrin/

quadringentos equites praesidio locauerant, qui  
 multitudine Ducum magis quam peritiam freti, saepe  
 & ipsi in proxima exhibant Pontificis oppida, &  
 qua hostis non immineret, licentius quam opus erat,  
 fusiusque praedae cupidi uagabantur. At Brachius &  
 oppidi, & praesidij fama pellectus, dum eo quasi ex-  
 ploratum octoginta cum equitibus proficiscitur, for-  
 te in itinere, frequentia equorum comperit uestigia,  
 quae Medicina egressos, Oriolum uersus contendis-  
 se, ostendebant. hac re animaduersa Brachius, quod  
 crebra erant, & recentia, Praedatum (inquit) hostes  
 exire, bono (si Dijs placet) omine perreximus mili-  
 tes, quo dirigunt uestigia, prosequamur hostium in  
 cautam aciem: atque ita tritum equis ingressus iter,  
 multo spacio quadrato processerat agmine, qua-  
 cunque occurreret inuasurus hostem. aliquot pas-  
 suum milia progressis, non procul ab Oriolo, ingens  
 praedatorum exauditur clamor, pecora & captiuos  
 late agentium: oppidani qui non erant capti, in tuta  
 se receperant loca, nec alium populationis finem,  
 quam hostium discessum sperabant. nec terruit Bra-  
 chium multitudo, quippe pedites erant quadringen-  
 ti, equites trecenti, sed eorum (ut est industria mili-  
 taris) pars collectam agebant praedam, utilior nu-  
 mero quam bello manus, pars armis atque equis ma-  
 gnifice fulta, subsidio parata perueniebat. Permittit  
 equum in hostes Brachius, milites quoque concitant  
 suos, & ducem quanto possunt impetu subsequuntur,

tur, atrox hic praelium, nec praelio remissior exoritur  
 clamor. hostes periti locorum, repente ubi palustres  
 traiecere fossas, ad uada substituere, atq; omnes transi-  
 sius celeriter occupauere: illinc prementem à tergo  
 militem repulsuri. fossae erant per angustiae, ut nisi hos-  
 tis à fronte repugnasset, facile transilire milites po-  
 tuissent. iam & qui praedam agebant ad ferendam  
 suis opem, recurrere ad fossam. Brachianis dum pro-  
 uallo dimicarent, equi à pedite confodiebantur. ita  
 nec transilire poterant uallum, nec hostibus praedam  
 relinquere statuebant. exaudiunt interea oppidani  
 clamorem, Brachij nomen, ut sit, in praelio resonantem,  
 subitaq; spe elati, ut in certamen iretur, alter al-  
 terum hortabatur. nec ira magis illati belli, quam ad-  
 misse praedae dolor animos incendebat. corruunt un-  
 diq; ad Brachium agrestes, oppidaniq; quibus con-  
 festim productis in aciem, & equiti admixtis, quadri-  
 partito agmine tenditur in hostem. quae fossae transi-  
 tus pateret, agrestes ostendunt. Equites auxilio pedi-  
 tum usi, pars lato campo circunuecti, fossa traieci-  
 unt. pars intenu bello, dum hostis ad superiorem equi-  
 tatum uado arcendum contendit, fossam & ipsi ce-  
 leriter superant, praelium a quo gesturi loco. sed eo-  
 rum impetum quum hostes sustinere non possent,  
 fusi fugatiq; non modo dimisere praedam, sed ipsi  
 quoq; in praedam cessere. Capti equites centum &  
 octoginta, Duces octo, praeda oppidanis restituta.  
 Nec quicquam mirabilius, quam à paucis uictori-  
 bus,

bus, tot captiuos uinci, trahi, ligari potuisse. Singuli  
 milites binos ternosue contrahebant. Hac uictoria  
 reuerfus in castra Brachius, utendum occasione rat  
 tus, omnem armari exercitum iubet, motusq; celeri  
 ter ad Medicinam castris, per fractus aggeribus, &  
 altissima qua munitur completa fossa, oppidum  
 milite, scalis, machinis inuadit. Oppidani superiore  
 praelio magna praesidij parte spoliati, portas uictori  
 aperuere, seq; eius peruasere potestati. Nihil hac  
 celeritate clarius Bononiensi bello. Hac quum allat  
 ta Bononiam essent, ingens trepidatio ciuium ani  
 mos inuasit. Nec oppidum erat in quo plus spei, praes  
 idijque imposuissent. Brachius Medicina capta, pro  
 prius ad urbem mouit castra, grauiore bello pressus  
 rus obsessum ciuem, & milites tantum iam ani  
 morum conceperant, ut urbana praesidia non plu  
 ris facerent, quam si armis atque equis illa caruis  
 sent. Tum quod antea non erant ausi solo agmine  
 incursiones facere, & ueluti desertum ab hoste at  
 grum, passim libereq; populari. Hostes non magis  
 bellum quam fames urgebat, quam subducta in ur  
 bem praesidia, maiorem indies acrioremq; faciebat.  
 Inter haec secuta aliquot dies continua pluuie, pluri  
 mum difficultatis importauere militi: quippe solum  
 natura coenosum, ac palustre & lubricum, ubi plu  
 uia quoq; dissoluitur, ne equis quidem satis peruium  
 est. sed media aestate, ubi primum cessauit tempestas  
 coenum aestu, soleq; duratum, facilem reddidit in  
 cessum

cessum equato solo. Interim obsessa urbe, parte co-  
 piarum ad occupandum omnem agrum, castellaq;  
 dimissa, intra paucos dies omnia uenere in potesta-  
 tem. iam urbs uniuersis copijs, & quod agrus ci-  
 uis ferebat, a suis etiam agrestibus obsidebatur, nec  
 deerant urbana praesidia, quae leuia interdum praelia  
 committerent, sed ab hoste frequenti uictoria elato,  
 saepe intra munimenta repellébatur, nonnunquam  
 quum aliter effugere non possent, in suburbanas se  
 praecipitabant fossas. Nec ullum ex tot bellis ab hoc  
 Duce gestum foelicius, nullum praeter Pontificis spem  
 celerius confectum, & in quo minus sanguinis peri-  
 fusum sit. Bononienses amisso agro, quum nec auxi-  
 lia commeatusq; suppeterent, & fame graui urger-  
 rentur, emittendos de pace Legatos decreuerunt.  
 Principes ciuitatis erant, Bentiuolij, ut tunc publi-  
 ce Pontificis hostes, ita oium Brachio priuata amici-  
 tia & familiaritate coniuncti, a quibus Leopardi  
 insignibus, donatum quidam autores sunt. Eos Bra-  
 chius per Legatos hortatur, ut sua se fidei permit-  
 tant, nihil iniuriae passuros esse. igitur Antonius  
 Bentiuolius facta deditione urbis, paruo comitatu  
 ad Brachium in castra uenit, paulo post ad Pontifi-  
 cem deductus honestatusq; , semper postea in fide  
 permansit. Brachius Bononiam reuersus, ad res ur-  
 banas componendas, simulq; uectigalia diu inter-  
 missa exigenda, paulo post Perusiam redit. hunc ex-  
 xitium habuit Bononiense bellum. altero mense post  
 quam geri

quam geri coeptum est, Brachij ductu auspicioq;  
 confectum. Bononia subacta, quod reliquum erat  
 aestatis, Brachius dimisso exercitu, urbanis aedificijs  
 consumpsit. Inter hæc Sfortia hortatu Pontificis, cū  
 omnibus copijs profectus Neapolim, ad arcem no-  
 uam instructa contendit acie, iussaq; ad fenestram  
 uocari Regina: Hactenus (inquit) tuum stipendium  
 secutus sum, nec fide, nec uigilantiæ, tuendo imper-  
 rio defui, quanta potui ope tutatus & Regnum &  
 dignitatem tuam: Nunc tua tibi reddo signa, sæli-  
 cia sane ad hunc diem, & à me nunquam in hoc re-  
 gno, sine uictoria cum hoste collata. Nunc alius ti-  
 bi quærendus Dux, stipendij quod acceperam id  
 omne finitum perfectumq; est, ad hoc tempus rem-  
 tuam sic gessi, ut & mea fides, & Regni tui digni-  
 tas requirebat, nihil est amplius quod tibi à meo  
 meoq; exercitu debeat. Ad hæc Regina, tum de-  
 mum sentiens uera Brachium monuisse, primū dissi-  
 mulata ira, precibus retinere armatum Ducem co-  
 nata, mox terrere minis coepit. postremo quum nec  
 precibus nec minis proficeret, contumelia agere,  
 & accusare uiolatam fidem. Nam ita repente desti-  
 tuta esse, quanquā finito stipendio, tamen proximū  
 esse perfidiæ. tum in suo regno aliena contra se inue-  
 sta arma, & amicitie specie comparatū, paulo post  
 hostem futurū exercitū, hoc plus quàm perfidum ui-  
 debatur. Deniq; muliebri succensa ira, illum trans-  
 fugā, illum proditorē appellare, concitareq; Neapo-  
 lianos

litanos ad arma, contra nouum ac subitam hostem,  
 capiendi. sunt qui affirmant Sfortiam Regina con-  
 tumelia irriatum, sagittas in eam iussisse intendi, at-  
 que ita illam fenestra discessisse, quæ res magnarum  
 rerum initium fuit. Neapolitani minus egrè quàm  
 decebat Regina iniuriam tulisse uidebantur, uocati  
 ad arma, nec omnes, nec frequentes concurrer-  
 rant, tanto postea suspectiores, quanto tunc uindi-  
 candi negligentiores habiti: fama est Sfortiam factò  
 per inermem populum in transitu, consensu ciuium ur-  
 be egressum, euasisse. Mota subito diuersa bella, re-  
 gni Proceres plerique ad Pontificem defe-erè, regie  
 quoque urbes & cum his Appuli, Lucani, Calabri,  
 Samnites facere rebellionem, soli Neapolitani, Cam-  
 pani, Venafrani, & cum his pauca oppida in fide  
 manserunt. de Regina rebus modo tam late impera-  
 tis actum uidebatur, nec propè erat unde auxilia pe-  
 terentur, & undique astabant feroces ab noua rebel-  
 lione hostes, nec Imperium modo, sed spes quoque  
 breui defectura uidebatur. nam unde gentium implo-  
 raret opem? arma hostium undique circumsonabant,  
 optimates semper alias suis auxiliari Regibus, & Pon-  
 tifici adhaerebant, reliqua Italia partim Romanis ar-  
 uebant. Alfonso Valentiorum ac Siculorum regi-  
 gem, quem filium sibi adoptione fecerat, in Hi-  
 spania morantem, terræ maris que longo inter-  
 uallo diuidebant. Sicilia quanquam erat propior,  
 nihil

nihil eius Regis iniussu parabat auxilij. Et quia pecunia in stipendium opus esset, ea exinanito aërio, uectigalibusq; ad hostem translatis, non exibat. tot circumuentam malis, etiam externæ opis desperatio subibat, nã etsi primo statim belli initio, Legatos ad Alphonsum miserat, durum erat, tam procul uenientem expectare Regem, cui nec naues essent, nec milites parati: sic antequam delectus militum, remigum, equorum haberentur, hostis omnia occupaturus imminabat. Inter hæc legati ab Hispania redire, simulq; Regis ad eam uenere Legati, monentes quando Rex non ita statim traiecturus in Italiam esset, nondum parata classe, nec equitatu, quo plurimum esset opus conducto, interea contra Italica arma, Italicam opem implorandam. Et iam ad Brachium Regina sepe antea respexerat, tum uero hortatu Legatorum omni abiecta cunctatione, petendum ab eo auxilium constituit: rata id quod necessitas suadebat, resisti hostibus ab alio posse nemine. Hunc unum inuidtum bello Ducem fama prædicari, hunc Pontifici terrori esse, tum quod magis impellebat, eundem, de Sfortie defensione primum admonuisse, iam tum nisi esset ingrata, initium amicitie factum. Adiecere etiam Legati, Regem ipsum uirtute fideq; adductum, spem omnem in eo Duce recuperandi regni posuisse. Mittuntur ergo ad Brachium à Regina Legati, et cum his qui à Rege uenerant una iussi proficisci.

Brachius



Brachius exercitu in Perusinum reducto, quod reliquum erat labentis autumnii, militem in quiete habiturus credebatur, quum nec belli facies usquam appareret, & anni tempora paulo post aduētū huiusmodi quietura à bello uidebantur: milites pars in Tudertinum ad hyberna, pars in Perusinum ad suas quisque stationes dimittuntur, ipse cum paucis in urbe Perusia submouendis ciuium contentionibus, & edificijsque excitandis, remansit. Sed Tudertini quòd à Sfortiæ ac Tartaliæ militibus, qui superiore anno pauca in eorum agro occupauerant castella infestarentur, questum uenire. Brachius in Tudertinum contendens, deducta ex hybernis parte copiarum circumfedit hostem, ac breui deleuit, sed ubi ex militia & labore secutum est domesticum ocium, cogitatio animum incessit ducendæ conjugis, & sobolis procreandæ desiderium, quod & ciues & amici omni suadebant studio. Queritur digna tanto uiro uxor, cumque multæ in mentes multorum occurrissent, Nicolam, Berardi Camertis Sororem, desponsari placuit, ut tanta beneuolentia duorum principum, sanguis etiam cõiunctione firmaretur. nec res diutius est dilationi data, idem mensis & desponsionem & nuptias uidit. Perusinatorum apparatus ac pompæ magnificæ satis fuisse, Sponsa recēti matris morte lugubrior incessit, tyrāni Fulginiatum & Fabrianensium interficere nuptijs, ornatu quanto nunquam antea quisquam maiore. centū tota urbe delectæ mulieres,

mulieres, sexagintaq; ancillæ in comitatu, Camertes, Perusini, Fulginates, Fabrianenses, Tudertini, uestitu ornatuq; certabant. sexaginta purpurati tubicines, totidemq; pares tibie antebant sponsam: in urbe lautissimè usq; ad delicias parata omnia, nec magis reliquo ornatu inter comites, quàm tripudijs canuq;, & publica decreta pompa decertatum. Nuptijs patrio more celebratis, ne nimis uxorius censeretur, in Tudertinū colligendi sui ab ciuilibus studijs gratia concesserat, quum horrendum & atrox nuntiatum facinus. Fulginei & Nuceria regnabant tres fratres, ex his unus quum sæpe Nuceriam pergeret, in arcem diuertens, fortè in custodis uxorem coniecit oculos: nec multo post uerba, facta exceperunt. custos Dominum in adulterio deprehendit, dissimulat in tempus iram, & quo altior caderet uindicta, tres simul fratres interficiendos cogitat. quod ut efficere possit, tyrannos & cum his aliquot ciues uenatum ad saltus Nucerinòs inuitat. duo fratres Nuceriam magna canum turba contendunt: tertium Trebulanum, nam illis quoq; imperitabant, ad sceliciores ludos uocauerant fortè, & Berardum Camertem, qui paucis ante diebus Fulgineum uenerat, Nuceriam compellunt. Quum uespere ad urbem atq; insidias peruenissent, adulter frater, et Berardus intra arcem recepti, diuersis in cubiculis dormitum eunt. custos prima uigilia utrunq; aggressus, adulterum occidit: Camertem coniecit in uincula. peracta cade, alter

290 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
frater, qui ad amicum nocta in urbem diuenerat,  
prima lace tanquam à fratre accitus in arcem, eos  
dem, quo ille, telo interimitur, Fulginates qui unâ ue  
nerant, pari scelere & ipsi uinciuntur. facinus in ocr  
culto erat. Interea tam nefandæ cædis autor, quò po  
pulum ad rebellionem excitaret, primores urbis ad  
concionem pro foribus uocatos, hortatur, ut ad liber  
tatem recuperandam arma caperent, simulq; docet  
duos tyrannos in uinculis teneri, eos se paulò post  
necaturum, non ausus quicquam de cæde fateri ante  
concitatum populum, Ciues contempta hominis tel  
meritate & perfidia, ne tantum facinus agitaret, ne  
uè à fide deficeret, aduonebant: præsto fore tanti sce  
leris ultorem Nucerinum populum, nec tam procul  
inde Fulginatium finis esse aduenturum subsidio rei  
liquum fratrem, nunc locum esse pœnitentiæ, interi  
cessuros se pro uenia, si consilij tam temerarij pœni  
teret. ille ubi uidet frustra de rebellionem tentatum,  
duos ex satellitibus emittit, qui nescio, quam reliquã  
familiam, extra Fulginatium & Nucerinorum finis  
asportarent, ueritus ne scelere patefacto, tyrannus  
seuicendi facultatem haberet: illi tamen rei atrocita  
tate permoti, primum incerti quid afluui essent, mul  
tis ultrò citroq; agitatis, tandem rem omnem deser  
re ad tertium fratrem decreuerunt: tutus rati libe  
ros tyranni gratiam inire, quàm obsessos in arce  
omniũ odia in se conuerture, nec perfidiæ ullum esse  
discrimen, quippe si conticissent scelus, communem  
Dominum

Dominum, sin aperuissent, custodis fidē esse uiolan-  
 dā. Nondum à Trebula redierat, eunt recta satellites  
 ad tyrannū, & rem omnē ut sese haberet patefaci-  
 unt, duos fratres occisos, Berardum & Fulginate  
 arctissimē deuinctos esse. Ille celeriter Fulgineum si-  
 ne sella reuersus, Brachio tam nefariā cādē, et Berar-  
 di periculū nuntiauit, orans obtestāsq; ut ad scel eris  
 ultionē auxilio ueniret. Brachius nouitate exēpli gra-  
 uiter cōmotus, simul quod amici tā in graui periculo  
 deserēdi nō essent, militi qui aderat subitā edicit pro-  
 fectionē, reliquos è stationibus euocari, & se celeri-  
 ter sequi iubet, ipse nō expectato militū aduentu, cū  
 paucis Nuceriā est profectus, missoq; ad custodē ca-  
 duceatore, percōtari iubet: Cuius hortatu, aut quānā  
 causa tantū facinus admisisset. Ille, nullius hortatu,  
 sed suo impulsu fecisse respōdit: Causam uero si nulla  
 subesset alia, satis magnā esse, suorū quæsisse liberta-  
 tē, et cū publicam omnīū, tum priuatā suam iniuriam  
 uindicasse. Brachius toum triduum in obsidione cō-  
 moratus, dum reliquæ conuenirent copie, omnia  
 quæcunq; ad oppugnationem usui uiderentur futu-  
 ra, scalas, trabes, machinas comparauerat, ornata  
 erant uaria oppugnationum instrumenta, ut si uno  
 non proficeretur, multis simul diuerso modo, diuer-  
 sis locis oppugnationem tentaret. Quarto die ar-  
 cem undique simul adoritur, admouit mu-  
 ro quæ parauerat, profiliunt intra primas muni-  
 tiones milites, custodis parentem, & præterea noi-

nem & triginta satellites, qui pro mœnibus pugna-  
 bant subita ui corripunt, trahuntur in forum manus  
 pedesq; reuincti. Tyrannus fratrum intersectoribus  
 prospectis, rabie magis quàm ira concitatus, parentē  
 ante oculos occisum, canibus dispartit: satellites uar-  
 rio supplicio, diuersis in locis affici iubet: quippe stat-  
 tim alij in crucem sublati, alij equis distracti periere,  
 nonnulli subito ferro trucidati, pleriq; quatuor in  
 partes secti expositiq; per truuia, & suæ perfidiæ, &  
 tyrannicæ crudelitatis fœre exemplum, oculosq;  
 inimici fœdissimo satiauerē spectaculo. sed interiorē  
 arcis ambitum, quanquam defensoribus uacuum, al-  
 tiores cingebant muri. Custos ubi deiectis propugna-  
 culis, suffodi ad radicem cuniculum, & turrim ferro  
 excidi cognouit, ut omni ex parte ultus moreretur,  
 uxorem suspicientibus hostibus supremo turris fasti-  
 gio præcipitauit: dubium tamē, ne in potestate inimi-  
 ci deueniret, an ut suæ tam grauius excepta libidi-  
 nis poenas lueret. Iam hostes cuniculo in turrim editi  
 inferiorem superauerant testudinem, fratres supernē  
 se acerrimē defendebant, stricti erant in subeuntes  
 gladij, nec comportata in eum usum deerant saxa:  
 illi parietes, illi tecta euulsa deiiciebant. Ingens mili-  
 tum sine mercede discrimen, segniores affecerat ani-  
 mos. tum Brachius magna strue sarmentorum & sti-  
 pularum comportari iussa, flamma atq; fumo infe-  
 riora turris complet atq; incendit. simul oculi caligi-  
 ne fumante defecerant, simul tabulata accepto con-  
 flagrabant

flagrabant igni. hoc malo subactus custos, quum iã  
 nec incoctos lapides uellere, nec hostẽ intueri posset,  
 Brachij potestati se, arbitrioq; permisit. sic milites  
 occupato cacumine, iussu ducis, custodem, fratresq;  
 quod illi paulo ante in muliere docuerant, lapsu altis-  
 simo præcipitauerunt. in mortuos quoq; à tyranno sæ-  
 uitum, sic crudele facinus nescio an crudelius puni-  
 tum est. Per hos ipsos dies Legati Reginae ac Regis,  
 quos dicebam, ad Brachiũ uenere, ostendentes quan-  
 to in periculo res esset, nisi celeriter occurreretur, o-  
 rantes superiori, quo Regina admonisset, aliud ma-  
 ius adderet beneficiũ, ferretq; perditis, ac propè as-  
 fluctis rebus auxilium, non ingratos Regem ac Regi-  
 nam futuros: stipendij nunc acciperet quantũ opus  
 esset ad exercitum Neapolim traducendum: ubi eõ-  
 uentum foret, pecuniarum satis habiturum: precio-  
 sas preces adiecere. Misereret imbecilla, et noua fraude  
 decepta mulieris, NON defuturum, siquid usquam  
 esset iusticie, cause sua Deum. NEC quicquam in  
 bello magis ualere, quam causam. susciperet tam iu-  
 stum bellum, cui si etiam fortuna deforet, officium pro-  
 fecto, & humanitatis opinionem non defuturam. Re-  
 gis Legati ne quid ipsi negligentius agere uideren-  
 tur, fortius locuti, maxima quæq; pollicebantur. In-  
 primis amicitiam potentissimi Regis, cuius opes latè  
 mari terraq; paterent: iret modo in Regnum, ante-  
 uerteretq; paulò post uenturũ auxiliarem Regem, iã

milites, classem commeatus in parato esse, nam quo  
 minus celerius in Italiam traicisset, hyemis impor-  
 tunitatem fuisse impedimento. REGNA atq; impe-  
 ria nulla re magis quam amicitia constare. cogitaret  
 quantum splendoris consecuturus esset, tanto in Re-  
 gem collato beneficio, nullum esse mortalium eo  
 gratiorem: hoc beneficium eo futurum acceptius,  
 quo minus ante id tempus intercessisset consuetudi-  
 nis. Brachius cum altiora uolueret animo, non pu-  
 tabat committendum, & Pontificis opes eo magnitu-  
 dinis procederent, ut sibi foret aliquando ab nimia  
 illius potentia metuendum: i, atq; Legatis respondit.  
 Indignum se putare amicitia tanti Regis, sed ultro  
 oblatam, tanto gratiorem futuram, quanto minus spe-  
 ratam. Regina uero iam pridem affuisse, quamobrem  
 hostium perfidiam quominus patefaceret, sustinere  
 nequiuisset. Ceterum ad hanc tam subitam expeditio-  
 nem, opus esse multa pecunia. Milites quod magna  
 partem astitis in ocio transegissent, equis, armisq;  
 deficere. tum in augendas copias, nouum militum  
 conducendum. Ad hac Legati respondere: Habere  
 se in mandatis, quod opus esset pecunie, a Florenti-  
 nis mercatoribus, quorum affines et cognati per eor-  
 um urbes negociarentur, peterent, eos aut pecuni-  
 as, aut sponsones daturus. Atque ita missis utriusq;  
 Florentiam, quibus hoc negocij datum est, ducento-  
 rum milium nummum sponsones accepte, pauca  
 et am enumerata pecunia. Brachius Duodecimo Cal-  
 lendas

*lendas Apriles, stipendio clam militibus dato, quic  
 quid usquam in Hetruria inuentum est peditum equi  
 tumq; conduxerat. Paucis post diebus, imminente  
 iam aestate, exercitum in expeditionem eduxit: pri  
 mum fuit in Picenos iter. Carrariae comes, qui Escu  
 lanis imperitabat, uicinitate Regni adductus, cum cae  
 teris coniurasse, & occulto intulisse bellum Reginae  
 ferebatur. hic ubi subitum tanti Ducis aduentum in  
 tellexit, quum nec parem exercitum, nec tantum au  
 toritatis gratiaq; haberet, & Esculani factiones agi  
 tarent, Legatos ad eum misit: orans ne quid in se  
 suosq; fines hostile moliretur, nihil secum inimici  
 tiarum intercedere, a quo, si qua in re Perusino bel  
 lo fuisset offensus, id belli iure, non animi maliuolen  
 tia factum: parendum ijs fuisse a quibus militari mo  
 re stipendiu accepisset, non subesse causam, cur nunc  
 tandem bello peteretur: non illum a se, non Reginae  
 lacepsitam, nec se quidem negare, hostes commeatu  
 frumentoq; iuuisse, uerum id libertatis suae fuisse  
 iudicium, non illati belli. Si Reginae milites frumen  
 tum aut commeatus petiuisent, non fuisse illis, ne  
 nunc quidem esse negaturum. neminem Brachio fi  
 deliorem futurum amicum, si bello abstineret. Bra  
 chius commodius ratus, nihil morae in Piceno com  
 mitti, quominus mature in intimos Regni fines  
 contenderet, legatis respondit: Se quidem comper  
 tum habuisse, de illato Reginae bello, ceterum, si filiu  
 obsidem dedisset, excussurum finibus, ac pro socio*



amicoq; habiturum. mittitur statim in castra filius, quem summo honore exceptum, Brachius cogendo agmini preposuit, non magis obsidis fide, quam militaris prefeſti uirtute uſurus. Inde primum excuſſum bellū, mox quāta potuit celeritate profectus in Samnium, frequentiore inuenit hoſtem. Samnites uniuersi rebellauerant: horum principes Laureti & populi comites coniuratione inter se facta, ad Caſtilionum oppidum omnes conuenerant: inde impedituri Brachij tranſitum, omnibus occupatis itineribus, oppida qua foret in intimum Regnum aditus, ualidioribus munierant preſidijs: arbitrati quod erat exiſtendum, ſi hoſtem uel paulo retardaeſſent, difficiliora Regina futura omnia: labi interea reliquam eſtatem, & Sfortiam Reginae ceruicibus inhaerentem, excluſo Campania Brachio, ante uictam Neapolim repelli non poſſe. Nec Brachium hoſtium conſilia lateſtelligebat, & ſi nihil hoſtile a tergo ſtatuerebat relinquendum. Igitur permotis ad Caſtilionum caſtris, ueluti ſtatim oppugnaturus uaria machinarum inſtrumenta preparabat. nec oppidum erat natura ſatis munium. Comites nouo & nunquam antea uiſo apparatus conterriti, nō expectandā oppugnationē deſcreuerūt. emiſſis qui dicerēt imperata facturos paulo poſt in caſtra et ipſi exiere, receptiq; in poteſtatem, in priſtinā Reginae fidē redierunt. Hos Brachius ad maiore ceteris incutiendū terrorē, ſimul quo plus eſſet autoritatis, caſtra ſequi iuſſos, Ducū habuit numero: deducit

deducto celeriter ex eorū finibus exercitu, ne quid socius ager caperet detrimenti, Placentum contendit Pelignorū oppidū. hic tres hostiū Centuriones, praesidio erant impositi: satis magna ad defensionē manus, nisi excussa ratione, pavor animos inuasisset. Circumsidebantur iam infesto exercitu, & quae oppugnationi usui erant futura, proximorum montium syluis comportabantur, minae quoque auxere formidinem: quippe Ducis, nisi oppidum dederent, ultimum supplicium minitantis uoces audiebantur. igitur non expectata pugna, sese dedidēre. sic Placentum parato quidem, sed non tamen cepto praelio, de uictum est. Placentinis proximi erant Sulmonenses, qui & ipsi quoque secuti fortunam, paulo ante a Regina defecerant, itur signis infestis, ad populandum primum agrum agrum. Sulmo Pelignorum caput, circumlabente clauditur flumine, sed nec tam alta aquae profunditas, ut uel peditatu superari nō possit. Sulmonenses conspectis cis flumen hostibus, ueriti, ne subita oppugnatione uicti captique diriperentur, Legatos qui bellum deprecaretur emisere, cum fama inuicti Ducis, tum subita Placentinorum defensione conterriti, nec iam ullas uires aut praesidia restitura existimabant: Iussi Magistratus Reginae, praesidiumque accipere, nulla mora imperata fecerunt. Sulmone subactō, Brachius ne quid celeritati suae obstaret, simul ut iam sociorum consuleret fortunis, quam maturrimē copias inde deduxit, motisque

ad Capijugum castris, quod oppidum Iacobus Caudola obtinebat, uir nobis pueris, nobilitate & potentia clarus. Quum oppidani omnem pacis conditionem reiecissent; magna uero militum expugnati, ut primi tentare hostium impetum, ita primi sustinere non potuerunt. omnia praeter libera corpora mulierum puerorumque, praedae militibus data. Non procul inde magna hostium conuenerat manus, duxerat Iacobus Caudola quem diximus, cuius imperium tunc quidem in Samnio, postea uero reliquo in regno longè ac latè patuit. Hic omnium Reginae infestissimus, Samnites partem compulerat bello, parte precibus ad rebellionem sollicitauerat. qui audito aduentu hostis, nihil magis uertus quam celeritatem, quantum usquam inuentum est copiarum contempserat, egressusque per Furcas Pelignorum in aduersum milibus passuum procul ab hoste consederat: tenditur in eum infestis signis, qui et numero & animis militum impar. ubi uidet hostem celerius quam fuerat opinio praelio paratum aduentare, in proxima refugit castella. partio deinde exercitu, quacunque penetraturus uidebatur hostis, firmissima obiecit praesidia, maxime omnium Castellum sangri, ualido peditatu equitatuque munitum. oppidum est, medio in tractu suo profurgens, situ egregie munitum. huc ubi ingentem equitatum missum, Brachio per transfugas est nunciatum, partem copiarum per latissimam ut in montibus,

tibus, dimittit planiciem (quinq; milia enim passuū  
 in longitudinem patens, à mensura nomen accepit)  
 ijs imperat, ut hostem ad bellum irritarēt. ipse cum  
 reliquis copijs, modico interuallo suis auxilio est  
 subsecutus. hostibus deinde oppidum deserentibus,  
 & per suprema iuga montium ferarum more fugiē  
 tibus, ad Castellum sangri celeriter proficiscitur. op  
 pidani non expectato impetu, portas statim aperue  
 runt, & paulo ante deturbata Reginae signa, pro fo  
 ro atq; moenibus sustulerunt. Dum hæc à Brachio  
 geruntur. Sfortia magnis coactis copijs, Cantalupū  
 ad arcendum Campania hostem, prouenerat, huc  
 ceteros Pontificis Duces, Praefectos, Centuriones,  
 & quicquid obijci hostibus posset, unum in locum  
 conuocauerat. Tot deinde simul Duces, in agrum  
 Suesanum, inter paucos Italiae fertilissimum conten  
 derunt: erant in hostium castris Iacobus Caudola,  
 Fabritius Campanus, Michilectus, & Sfortia Coti  
 gnolani omnes, & tunc clari uiri, & postea multa  
 to clarissimi Duces. Brachius quanto numero infer  
 rior erat, tanto militum animis & uirtute præsta  
 bat: qui ubi de hostium discessu cognouit, motis à  
 Sangro castris. factoque per agrum Venafranū itinere,  
 re, ad urbem Cales obsidendam profectus est. cuces  
 postredie quàm obsessi sunt, deditioem fecerunt.  
 Inter hæc legati Campanorum, ad Brachium uer  
 nerunt, petentes ut Capuam ad delendas hosti  
 um reliquias proficisceretur. Non procul ab urbe

Capua, templum est celeberrimum, quod uicus frequens hominibus cingit colitq; . supra templum ingens exurgebat turris, cum locum Sfortia paucis ante diebus occupauerat, & quod ab urbe non amplius quam duo passuum distabat milia, duos praefectos militares, & sub his trecentos lectissimos equites, praesidio collocauerat. hi noctes ac dies Campanorum infestabant agrum, ciuesq; intra urbem magno cum detrimento detinebant. His de rebus, quum Legati questum uenissent, Brachius firmatis ad Calles rebus, caduceatorem Capuam praemittit, atq; edicti iubet, ne suis militibus qui paulo post erant transaturi, neq; publice neq; priuatim quicquam cibi potusue daretur, neue hospitio susciperentur, nec a camporibus, tabernarijsue quicquam ijs uenderetur: eadem in castris a pracone militi sunt denunciata, quod eo fecit consilio, ne quid properaturum statim exercitum retardaret. sequuntur quadrata agmina caduceatorem tanta celeritate, ut pari semper intervallo, grauius armatae cohortes, unius inermis cursus adaequarent. traicitur ad Capuam Vulturinus amnis, facto per mediam urbem transitu: sic paucis horis octoginta decursis stadijs, ad uicum peruentum est: inuaduntur terribili clamore imparati hostes nihil tale suspicati, subitoq; ad unum capti spoliatur. eunt deinceps oppugnatum turrum, eamq; ex omni parte leuis armaturae milites adoriuur, sed ingens altitudo uanum faciebat militum conatum, eius summum

uerticem,

uerticem, tres hostiū milites defendebant. ex his for-  
 re duo erant Perusini, quos patria per factiones exu-  
 lantes ea fortuna iactauerat, hos Brachius hortatur,  
 ut turrim ac seipso dedant, promittit liberos illor-  
 sosq; futuros. uana erant Ducis uerba. illi se nunc  
 pro fide pugnare aiebant, nunc saxa in eos qui tur-  
 ri appropinquarent deieciabant. Brachius uincendā  
 dolo pertinaciam statuens, sagittarios post ianuam  
 uicina domus collocat, ipse domum egressus arma-  
 tus, captatum de industria sermonem trahit, ex his  
 duo colloquentes nihil ueriti insidiarum, plurimis  
 uno momento clam sagittis traiecti sunt, nec mul-  
 to post clamant, ut conditione reciperentur. sed ira  
 percitus Brachius, nisi eius se arbitrio permittant,  
 omnem conditionem repudiat. facta deditio, Peru-  
 sini quidem suspenduntur, reliquus autem est dimisa-  
 sus illæsus, siue quòd grauiter erat uulneratus, siue  
 quòd TANTO SVNT INDIGNIORES IN-  
 iurie iudicandæ, quanto minus alienus est qui com-  
 mittit. Non procul inde latissima & quadrata pro-  
 minet turris, Herami uocant accolæ, uetustū opus,  
 & ad mediam prope altitudinem latericia massa cõ-  
 sectum, quam hostes initio tot simul rebellionum  
 quum per fraudem occupassent, quòd opera erat  
 munitissima, ut à paucis defendi possit, modicum  
 præsidium imposuerant. Brachius solus profectus  
 ad turrim, atq; equo circunuectus, ubi omnibus dili-  
 genter exploratis, uidet turrim humana ui, nisi ad  
 multum

multum temporis expugnari non posse, & hic quo  
 que militari usus est dolo. primum, uiginti pedites,  
 inter munitionem turris & fructea, quæ circa fossam  
 exorta solue speciem præbebant, occultari iu-  
 bet: duos deinde primæ lanuginis adolescentes, qui  
 fugam simularent, paulò ante primam lucem emit-  
 tit castris. non procul à turri subterranea latent ma-  
 gnifice extructæ testudines, opus uetustate antiqui-  
 us: nam & simulachra ueterum apparent Deorum,  
 & uestigi a speculis mirificè distinctis accipiunt da-  
 em. quadrati operis, tria latera aditu patent perant-  
 gusto, exitus ad uetustissimū Campanorum uergit  
 Theatrum, Criptas uocant Campani, præclarumq;  
 antiquitatis monumentum. Supra testudines quam  
 latissima strata est uia, inde fit, ut icla pedibus tran-  
 seuntium terra latè sonet. Ea res arcis custodibus  
 pro uigilijs erat, quippè quum terræ uelut claman-  
 tis sonitum audirent, excitati statim, ad propugna-  
 cula decurrebant. adolescentes ubi ad cauernas de-  
 uenire, quo fugam magis simularent, de industria  
 terram altius uehementiusq; feriebant. experrecti eo  
 strepitu custodes, quinam essent transeuntes percon-  
 tari minariq; cœperunt. illi ut erant edocti, fugere  
 se è Brachij castris, & ad hostes Matalonium peri-  
 gere, quum respondiissent, uestium inuolucra reuel-  
 eta tergo, fugam uerisimilem faciebant: orare deinde  
 de uoce supplicii cœperunt, ut qua esset iter ad Ma-  
 talonium, illic enim erant hostium stationes, ostend-  
 derent.

derent. custodes, rati adolescentes furto quicquā, ut  
 fit, abeuntes surripuisse, pars itineris longas ambas  
 ges neclere, pars clam aduersa turri scalis delapsi,  
 faciunt in eos impetū. illi fictis inter preces lachry-  
 mis, resistentes manib. elabi, nec tamen multū cona-  
 bantur. ecce, qui fruteclis infederant, de improviso  
 repente adorti, magno clamore, stricto gladio circū  
 sistunt homines, tribusq; ex his captis, curritur con-  
 festim ad arcem, quam uacuam praesidij ac desertā  
 existimabant. tum qui tutelae erant relictī, e turris  
 fastigio saxa iacere, peditesq; propellere coeperunt.  
 captiui reuincti post terga manus, ad Brachium der-  
 feruntur: ille perduellionis agendum in eos, quod a  
 Regina deficientes, praeter ius imperij rebellassent,  
 & nouo supplicio ad triremim mittendos quum de-  
 creuisset (quo supplicio nihil auditu est acerbius)  
 ex his unus, quum saepe antea durissimos eos labor-  
 res, famem, sitim, algorem, sordes, uerbera, & quod  
 immanius est, incuratas aegritudines, semiuiuas mor-  
 tes in mare deiectas intellexisset, procumbens ad pe-  
 des, flebili uoce, per Deū atq; hominū fidē obtestat-  
 batur, ut quo uellet supplicij aut mortis afficeret ge-  
 nere, potius q̄ ad triremē destinaret, ubi inter ppetu-  
 os labores deficiēti esset moriēdū. quū parū profice-  
 re lachrymis, nec flectere ducis sententiā uideretur,  
 proderet turrim si se dimitteret promittebat, id perq;  
 Deos, perq; homines iuratus dimittitur: nec fefellit,  
 reuersus ad turrim, quū euasisse uinculis simularet,  
 receptus



receptus à custode, proxima nocte, immissum recepit in fastigiū turris hostem. Dum hæc ad Capuam geruntur, Neapoli res in angusto erant, hinc finitima & iam ante muros bella, hinc durior bello fames urgebat, tum aliquot hostium triremes, ne quid in urbem commeatus frumentiq; importaretur. libere omnem mariimam oram excurrebant. Neapolitanorum fides, quod aduersus Sfortiam non statim cepissent arma, plus suspicionis quam periculi afferebat Regina. quæ tot circumuenta malis, ubi aduenientem Brachium, atq; iter sibi quacunq; tenderet uictoria facientem intellexit, deposito paululum metu, tamen sollicita, ne quem tumultum fames excigaret, mittit qui Brachium cum omnibus copijs Neapolim aduocarent: rata id quod res fuit, eius aduentu, hostes procul inde diffugituros, & totius agrum uicos atq; oppida reditura in fidem, frumentiq; quantum opus esset in urbem cõuectura: simul quod percrebros nuncios afferebatur, Alfonso regem, magna parata classe, nihil aliud quam priorem Brachij aduentum expectare, iam Hispania soluisse, iam Siciliam, nec multo post Drepanum, appulisse. quæ res Brachio maturandæ profectiois causa fuit, ut uenientem mari Regem, terrestri præsidio exciperet. Motis igitur castris, Marsanesium opulentissimum ac maximum agri Campani oppidum, in ipso itinere adortus, expugnauit, diripiendūq; militib; cõcessit. hic Trasaccus hostiū ceturio, dū acriter defendere

deret moenia, pugnant occiditur. Postridie in fines  
 Neapolitanorum profectus, omnem agrum biduo  
 subegit, frumentumq; imperavit. Postius deinde ad  
 Phanum diui Antonij castris, non amplius quam  
 duo milia passuum ab urbe, Regis aduentum expe-  
 ctabat. Interea Populus Neapolitanus, frequens in  
 castra, uidendi studio salutandiq; ut cuique erat di-  
 gnitas, confluere: iam commeatus abunde urbi, ma-  
 ri, terraq; suppeditabant (nam hostium triremes,  
 metu Regiae classis, in intimos se Caietae sinus rece-  
 perunt) & agrestes carris ac iumentis farinam com-  
 portabant, statimq; ad supplementum urbanae anno-  
 nae, missae in Siciliam duae naues onerariae. Iam Rex  
 classe ad Prochytae delatus, triremem quae eius ad-  
 uentum nuntiaret Neapolim dimiserat: sed quo pa-  
 ratior ingrederetur urbem, ad Castellum Ovi, cin-  
 ctam undique mari arcem, classsem appellendam, at-  
 que inde terrestri acie ad eundam urbem statuebat.  
 hac re cognita Brachius, eodem cum omnibus co-  
 pijs proficiscitur, & quo commodior ac magnifi-  
 centior descensus in terram foret, asserebus, trabi-  
 busq; proximis e locis comportari iussis, quam lon-  
 gissimum intra mare potem edificauit, & qua fun-  
 dum asseres non attingerent asserebus substratae na-  
 uiculae, pontem & ipsae faciebant: tanta quidem alti-  
 tudine, ut pons suprema nauium adaequaret tabula-  
 ta. Regia classis apparere iam in alto coeperat, con-  
 fluunt Neapolitani agmine ad occupandam pontem,

quo suis ipsi manibus uenientem exciperent nouum  
 Regem. at Brachius militem partim secundū utraq;  
 pontis latera disponit, partim extra pontis aditum,  
 in aciem quā structissime producit. Vbi terræ ap-  
 propinquauere nauigia, simul clamor toto exoritur  
 litore, tubarumq; clangor late circunsonant: su-  
 mul enea bombardæ, quas longo ordine prima lito-  
 ris ora intendi iusserat, excutiuntur. nec regij mili-  
 tes desuere. illi tubis, illi tympanis et minoribus bom-  
 bardis, circumpatentia maria ingenti plausu resona-  
 re faciebant, et nauticum nescio quid dulce tota com-  
 plens littora, omnium aures barbarica suauitate mi-  
 cebat. Regia nauis ne quid suspicionis ostenderetur,  
 prima littori admota, Regem intra pontem edidit. hic  
 incertum, nimio pondere, an ædificantis inertia, duo  
 simul asses Regi sub pedibus defecerunt. sunt qui  
 factum id per iocum putent, simulq; ut diripiendæ  
 regie nauis occasio militibus foret. Rex præcipiti la-  
 psu inter asses in substratam decidit quadrivemem,  
 multaq; persusus sentina, siue illud omen, siue iocus  
 fuit, in risum non minorem sibi, quàm cæteris conuer-  
 tit. qui qua die, qua hora hæc scribimus, post octo et  
 triginta quàm hæc gesta sunt annos, uita deceßisse  
 nūtiatur. ingens Italiae regniq; iactura, quæ parē an-  
 te hoc seculum neq; potentia, neq; moderatione ha-  
 buit neminem pontem egresso pergit obuiam Bra-  
 schius, ut procumbens ad pedes regio more saluaret.  
 sed tanta fuit Regis in leuando celeritas, ut porrecta  
 dextra

dextra, quem oscularetur, laeva procumbere incipit  
entem excitaret, saepe & longum complecteretur  
excitatum. sed quae salutationes, qui mutui comple-  
xus, quae & quam amica intercesserint uerba, is des-  
mum potest cogitare, qui re diligentius mente agitat  
ta, hoc quoque considerabit, incognitum ante id tem-  
pus Regem, eumque potentissimum, et cum alijs multis,  
tum maxime Balearibus insulis, et praeterea Siciliae,  
Corsicae, Sardiniae, Cataloniae, Aragoniae imperitantem,  
exigua et certe terrestribus praелиjs inutili classe,  
ad media hostium arma uenientem, aliena gente, diuer-  
sis moribus, uaria lingua, solum inter instructam militum  
ociem ad hominem uenisse, etsi genere nobilem, certe  
fortuna nouum, atque in eius se manus potestatemque  
coniecisse, cuius fidem, etsi antea saepe audiuerat, raro  
tamen quisquam tanta in re esset expertus. denique  
ultimo facto periculo, Italicae fidei, tot simul destituta  
regna, et quod omni regno clarius, libertatem, corpus,  
animam commisisse. quae quanto erant maiora, tanto  
perfidios quidem magis incitare ad facinus, fideles uero  
charitatis atque officij admonere potuerunt. Post haec  
uniuersa classis duae & uiginti triremes, in quibus erant  
equi duo, sagittariorum totidem milia, cum aliquandiu  
iussu Regis mari substitisset, littori paulatim appropin-  
quauit. desiliunt tandem in arenas regiae cohortes,  
Italiam gentem armatam armatae salutantes. nec aetior  
Imperatorum, quam militum fuit complexus: & sunt  
Hispani ceteris nationibus natura blandiores. placuit

cui deinde Regi, ut una urbem, neutro eorum ante  
 uisam, ingrederentur. quod ubi Regine est nuntiātū,  
 totam urbē magnifice iussu apparari, quanto maxi  
 mo poterat honore acceptura & Regem, quem filij  
 loco habitura esset, & Brachium, cuius ope pauloan  
 te amissum Regium culmen recuperare speraret. Fit  
 ergo quicquid undiq; excogitari potuit publici priua  
 tiq; onatus. nec ciuitas est toto terrarū orbe, quæ tan  
 tam hoc tempore nobilitatis et magnificentiæ habeat  
 opinionē. nec tamen fame ipsa rerū facies cedit. hic  
 urbis ædificia altiora quā alibi turres, et ea ipsa plus  
 ad ostentationem quā cōmoditatem erecta, foris or  
 natiora quā intus. hic prope cælum tangentia com  
 plura templa. hic regie sex arces, quarū aliæ perpē  
 tuo clauduntur mari, aliæ muniuntur terra, quædam  
 partim mari, partim terra cinguntur. huc totidem acce  
 dunt sedilia (sic. n. appellantur ciuiū diurna recepta  
 cula) quæ mirifice inter se, ut nobilitate, sic etiam opi  
 bus magnificentiāq; contendunt. hic equestres ludi fre  
 quētiores quā alibi conuiuia. tum ciuiliū rerū, et  
 muliebris mūdi tanta luxuries, ut fastidio iam sint et  
 tiam quæ preciose iudicantur. nec usquā tanta uasti  
 tas elatioq; nobilitatis. mercatores ijs et opifices con  
 temptui sunt. cæterum ipsi etiamsi domi pauperes, ta  
 men ocio dediti, cætera studia, præter militaria con  
 tēnunt, et quæcunq; honeste opes parant, tanquā ini  
 mica nobilitati detestātur. ergo aduentu regis, omnia  
 publice priuatimq; supra modum adornata, parata  
 templa.

templa, expurgata fora, et quacunq; essent incessu/  
 ri, auleis, auro purpuraq; per pulpua distinctis, in/  
 terlucentia late radiabant: omnem tamen ornatu su/  
 perauerant magnificentius extructa sedilia. hic muli/  
 eris cultu praesentiaq; Neapolitanae, tripudijs et can/  
 tu regium et Brachianu nomen in caelum tollere, lau/  
 des duorum Principum intermiscere, transcuntibus  
 audiebantur. Rex quo tutior urbanis insidijs foret, ad  
 Castellum nouu munissimā Italiae arcem recipitur.  
 Brachio priuatae quidem, sed tamen amplissima ur/  
 bis aedes date. postridie eius diei, Regina Brachio ad  
 se uocari iusso, primu gratias egit, quod hostilis per/  
 fidiae admonisset, nullo adhuc foedere coniunctus.  
 adiecit deinde, sero quidem, sed tamen aliquando De/  
 os sibi, suoq; Regno consuluisse, quod eius amicitia  
 adepta esset. iam tunc eius fidei uita fortunaeq; com/  
 mittere, illum exercitus facere Imperatorem: illum ur/  
 bibus, oppidis, arcibusq; praeficere: penes eundem  
 creandoru, abdicandorumq; magistratuu, et deniq;  
 exigendorum uectigaliu, ius et potestatem fore. sed  
 quia haec uerecundius accipi, quam dari uidebantur,  
 statim Brachiu, Fogie, quae est Appuloru ciuitas, Co/  
 mitu, et Capuae Principu declarauit. et ne quid regiae  
 potestatis deesset, perpetuu copiarum omniu Impera/  
 toru, Connestabulu illi uocant, et totius Regni guber/  
 natoru designauit. idq; postridie a Rege post coena  
 in conuiuio confirmatu, qui aurco porrecto sceptro:  
 Quod tibi, inquit, Regina mihiq; bene uertat, hunc

810 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
ego Brachium, meiq; tuiq; exercitus Imperatorem fa-  
ciq;. Accipe tu hoc aureum sceptrum dextra manu,  
in hoc ego tibi pariturum me quicquid bello iusseris  
promitto iuroq;: promittite uos qui me secuti estis,  
iurateq; parituros. quum milites ac duces Hispani  
& Neapolitani in sceptrum conuassent, conuersus  
ad unum Brachium, grauissimis eum uerbis, ad Re-  
gni defensionem est hortatus, nec desuere summi Dia-  
cis laudes: v t (inquit) hoc te bello, tā ne fariē nobis  
illato praeficeremus, non magis tua uirtus nos impul-  
lit quā fides: altera quidem, ut possis tueri dignita-  
tem nostram, altera ut uelles, promittebant nobis.  
Quod reliquum erat, ne priuato imperio rem gere-  
res, fecimus regia ut esses potestate: & ubi ferro del-  
cernere sederet animo, non magis Regni nostri, quā  
tua gloria subires discrimen. Non te necessitas hui-  
us belli suscipiendi, propter angustias rei familiaris,  
non domestica calamitates peruulerunt: satis tibi,  
Dijs gratias, cum rerum aliarum, tum maxime im-  
perij est: gloria quoque dicerem esse satis, nisi maior  
foret, quā ut nos eius parte contenti mortales simus:  
& quam imperij tui termini non capiebant, alio tu  
diffundendam existimasses. LATIUS enim morta-  
lium nomina, quā gesta peruagantur. illa quidem  
cum periculo, breuē sibi gradum faciunt, haec cū lau-  
de summa, quā latissime proferuntur. Nec me impe-  
randi cupiditas huc gentium pellexit: stultum enim  
fisset, pro incerta spe, certissimū deserere patriū atq;  
autum

Oratio Al-  
fonsi ad Bra-  
chium.

ditum Regnū, sed quo Italiā, fama nominis imple  
 rē mei, nec dubito, multo me pluribus hodie, quam  
 heri esse notiorē. Sed hæc fama nominis, SI HONE  
 STA est, quo plus profertur, eò plus habet gloriæ: si  
 turpis, nihil est quod non descedet. SATIVS est i  
 gnotū intra uestibulū latere, quam cum ignominia  
 per hominum ora linguasq; uersari. illum nemo ac  
 cusat, omnes hunc detestantur. NEC quicquam tam  
 est gloriosum, quam bella cū fide gerere, contra ni  
 hil turpius, quam ubi belli ac uitæ periculum subeas,  
 gloriam, laudemq; contemnere. Nec tamen iccirco  
 hæc commemoro, ut suspectior mihi sit hodie tua fi  
 des, quam heri fuit, quū reliqua lōgo interuallo clas  
 se, solus atq; inermis, in tua castra desiliebā: sed alia  
 quædā est ratio, uicisti Hetruriam, Bononiēses breui  
 subegisti, fortissimū Regē pepulisti Roma (nā ad nos  
 quoq; rerū à te gestarū peruenit fama, et sumus Re  
 ges etiā externorū curiosi) nulla cum gente bellum  
 habuisti, quam non statim superaueris: nec tamen  
 maior uictoriarū tuarum, quam fidei predicatur glo  
 ria. Quo tibi hoc bello, ut & uirtuti & fidei consu  
 las, uehementius est eniteudū, ut nec fortunam satis  
 gasse tuā uidearis, nec minus integer, nescio an etiā  
 magis, aliena in re possis uideri, quam in tua. Totū  
 hoc bellū ceruicibus tuis cōstat: si qua ex parte ta  
 moles excutietur, nescio an propter hoc ipsum perfi  
 dū, certē quē ante inuictū putabāt, uinci te posse ho  
 mines iudicabūt, gloriaq; illa tua pristina, multū in



tra opinionem recedet. Copiarū habebis quantū uo-  
 les, Dijs gratias, terra mariq; pollemus: hoc unum  
 uide, ne sepius confligendum putes, quā anceps  
 illa & semper uaria belli fortuna patiatur. **SVC-**  
**CUMBIT** enim aliquando uirtus: quæ nimis sepe  
 cum temeritate in discrimen adducitur. Habes dū-  
 ces, habes præfectos, quorum opera in bello uti pos-  
 sis. Non semper ipse te committas fortune, quum  
 per alios obire pericula possis. **BONI** quidem im-  
 peratores semper consilio, nonnunquam etiam præ-  
 sentia rem gerunt. **SAEP E** uel modico imperato-  
 ris ictu cadit exercitus: hæc & si pro gloria non fugi-  
 enda, non tamen sepius tentanda sunt, quæ nulla re  
 magis, quā frequentia possunt mortalibus accide-  
 re. **TEMERITAS** est sepius quā necesse sit,  
 subire periculum, tum **NIHIL** periculosius, quā  
 nimis sepe, uel secundam tentare fortunam. Proinde  
 ita hæc uelim accipias, ut belli dilationem, non mi-  
 nus hostem, quā nos ipsos fatigaturam putes: matu-  
 ritate opus est nobis, non festinantia. Sic acerba de-  
 cussa poma, ramum plerunq; frangunt, matura spon-  
 te sua cadunt. Nec tamen pugnandi tibi quotiens ue-  
 tecū unā iubeas, pugnante sequar, etiam in manifestū  
 discrimen. sed noui, quanti sint ardores animorum,  
 ijs qui bella gerunt, quā moleste occasionem rei be-  
 ne gerendæ soleant expectare, & pro uiclis habeāt,  
 quos pares esse cognoscant. ubi tamen fortune teme-  
 ritat

ritas ualet plurimum, nobis tum demum confligendum est, quum non speratum, sed compertum de uictoria erit. quippe mora nobis salutaris, hosti perniciofa. Dedimus operam, ut quaecunq; bello usui futura sunt, si terra nequeant, mari comportentur: iam ante nostram profectiōē, classē, quā potuimus structissimā, comparauimus: naues septem onerarias, mirum nisi cras hoc in littore conspiciemus, et tamen nouas in sinu adificari. milites Hispani, Valentini, Siculi sunt in parato omnes. plus nobis erit copiarum, quā huic bello sit opus, & quod hostibus contrā est copia, nobis ex ipsa nascetur mora. cetera Regna quibus imperamus, ipsi abunde comitatus, frumentum, sagittas, equos subministrabūt. Ceterum hęc si tibi minus placuere, nihil erit impedimenti, utere pace belloq; arbitrio tuo, dum tamē scias, me sic locutum, non magis Regni mei, quā tuę & glorię & salutis habuisse rationem. Ad hęc Brachius, quod sepe aliās audierat, eum Regem, magis fatigandis hostibus, quā opprimendis conficere bella, paucis in eam sententiā respondit, ut primum gratias ageret, quod tantum in se concepisset fidei, mox ad belli mentionē, pauca quidem, sed non præter rem adijceret: scire se quibus artibus in Italia constarent bella, nullā gentē consultius ad aciem procedere. quod ad salutē suam tutelāq; regni pertineret, daturū operā, ut neq; regē delati imperij, neq; se accepti pœniteret. HÆC quū essent dicta, Hispani equis

ni equites, Brachij sermonem, de Italicis bellis exce-  
 perunt, statumq; placida ac pulchra orta est, primū  
 inter milites, mox inter Regem Brachiumq; Con-  
 scio, utriusque suum militandi morem præferentibus.  
 Illi sua prælia in cælum tollere, quod & pluribus  
 copijs in bellum irent, & maiores educerent cædes.  
 tanto enim certare se impetu aiebant, & ferocia at  
 nimorū, ut pauci ex uictis uiui in hostium uentrem  
 potestatem: plerosq; in ipso prælio desideratos, mor-  
 tiferum ensẽ expectare, quàm terga uertere con-  
 suesse. Nec quicquā esse speciosius, q̄ aut instantem  
 uincere, aut occidere præclare dimicantem. sic uin-  
 centē à fortuna iuuari, morientē à uirtute nō deseri-  
 eundē esse Hispanorū quem Gallorū & Germano-  
 rū morē: nec dubitari, Gallos ac Germanos omnīū  
 esse gentiū ferocissimos, eos tātis copijs moliri bel-  
 la, ut plures uno prælio cecidissēt ætate illa, q̄ ex no-  
 stris in aciẽ ullo unquā in bello processissent. Eodē  
 accedere ueterē artem militādi, quippè nullā gentē  
 Romanis potētiorẽ fuisse, sed nec eorum quicquā  
 magis quàm ingentes bellorum strages commemorari.  
 sic illos uetustiores omnem iuuentutem in ex-  
 peditionem emisisse, tum si qui per ignauiā hostium  
 manus uicti effugissent, aut se uiuos dedidissent, ex-  
 autoratos statim, & propē infames habitos esse:  
 nunc alia uia procedere Italica bella, nā & ire pau-  
 eos in pugnam, & eos ipsos languidē quidem frigi-  
 deq; dimicare. nam quo in prælio decem unquā aut

ad summū uiginti ferro cecidisse, ubi nō insidijs magis quā uirtute esset pugnatum: Hæc non solum à miliib. iactabātur, sed ipse quoq; assentiebatur Rex. Brachiani Duces, qui frequentes conuenerant, & corona stipauerant disceptantes, ipsi quoq; uocem tollere, & sua iura defendere coeperunt. at Rex in dicto manu silentio, Brachiū tanquam in ius uocatum, causam dicere iubebat. ille semper aliàs benignus, in suos risu ad eos conuersus: Et nos (inquit) quando Rex iubet, nostra tueamur milites iura, ne qui factis in acie me sepe defendistis, ego uerborum uos contentione non defendā. conuersus deinde ad Regem atq; Hispanos: EGO primum omnium (inquit) bella non numero bellantium, sed uirtute constare arbitror. nec quicquam tum impedire potest aciem, quā imperita multitudo. sed ea uirtus non magis corporis robori, quā animi consilio est tribuenda. Vos ocio nati, educati, assueti, magna turba cōpletis castra, ignari tamen rei militaris, & animos ut decet presentes pugnae accommodatis, ritatis in hostium gladios ferarū more, & uestro uos impressu, magis quā hostium ictu uigulatis. sic furentem temeritatē, pro uirtute putatis extollendam? Accedunt prauæ opinioniones uestræ, qui honestius gloriosiusq; ducitis, quum uincere non possitis, hostium oculos uestro cruore saturare, quā euadere incolumes, & meliori belli fortunæ reseruare uos ipsos. editis magnas cedes, quia dū pudet fugere, gloriosam hosti uestro.

uobis

Oratio Brachii de Hispania nos pro gloria rei militaris.

uobis ignominiosam mortem non perhorretis. Per  
 magni refert, paruo quis incōmodo, an ingenti cum  
 strage uincatur, quo maior est cades uicti exerci  
 tus, eo uictoris gloria insignior. Ite porrigite uos u  
 gulandos hosti, quo plura uictor referre possit opi  
 ma spolia. sic uno superati praelio, penitus bello exci  
 distis: sane uerò præclare agitur cum Regibus ue  
 stris, cum ciuitatibus ac liberis, si ubi paululum in  
 elinauit acies, nihil nisi de subeunda morte, id est an  
 genda calamitate uestra, decoranda hostium uictor  
 ria, cogitetis: illic libertatem patriæ, illic Regum ue  
 strorum regna imperiaq; præsidio uestro spolianda  
 obijcitis uincenti hosti, quid secunda agitis pugna?  
 quo pacto uictoriæ moderamini: fugientem hostem  
 nō capitis, sed occiditis, sed auulsa ugulatis galea,  
 & quibus de fortunis aut imperio bellum est, de ui  
 ta & sanguine dimicatis. nec magnitudo animi di  
 cenda hæc est, sed immanitas crudelium barbarorū  
 nominanda. Nam si de imperio est uobis contētio,  
 cur eos occiditis, quib. uictoria parta gloriosius im  
 perare possētis? & qui fugiunt, iam tū uicti parere  
 incipiunt, quos quidem occidere, nihil est aliud, q̄  
 belli fructus amittere. Vastare etiā conamini regio  
 nes, nō uincere: NAM qui sic uincit, ut deleat, is de  
 clarat non se fortuna sua belli, sed hostium sangui  
 ne contentum esse. At aperto certatis bello, non in  
 sidijs circunuentis hostem. Quis ignorat, rem mili  
 tarem industria atq; arte plurimū procedere. SAEP  
 dolui

dolus in bello pro uirtute est: *N V L L A* tamen perfidia, militaria iura uiolando. Hæc uos aliena uobis & ignota despiciatis, sed profecto non pulchrum est contemnere in nobis, quod ipsi præstare, insita quadam tarditate nequeatis. Imus pauci in bellum, quia inutilem & insuetam pugnam turbam, ad cædem non educimus: eunt in certamen, non mollis & imperita ad subitum bellum delecta atque armata iuuentus, sed durata frigore ac sole corpora, quibus ab ipsa iam inde infantia, strata equorum pro thoris fuere, qui puluerem ac uentos pati, & famem, inedia, sitim, uigiliam, nullas delicias, immensos labores sustinere didicerunt. qui inter medios hostium enses ac tela educati, uulnera contemnere, ictus incutere, incusos excipere atque euitare, hostium capita, pedes, latera, pro loco, pro tempore ferire, seruare ordines, dimicare ad prima signa, uno momento acie digredi, ad hostem feriendum, statimque redire in ordinem, nullum Ducis aut diligenter expectare, aut iam longo usu per seipsum callere, locum infernum supernumque dignoscere, instare fugientibus, prementibus resistere, nec prius quam desperata uictoria, de fuga cogitare. hi sunt ludi militum nostrorum, quos quia pauci frequentant, *S A T I V S* est paucitate docti, quam multitudine imperita contendere. At pauci cadimus, quia durum est, quem spoliare fortunæ uolumus, eum priuare spiritu & sanguine. sic fratres cum fratribus interdum liberi cum parentibus, non quidem de sanguine, quod

ne, quod esset immaniſſimum, ſed de honore atque imperio certant. captiua corpora qua redimi pecunia non poſſunt, armis ſpoliata dimitimus. Huc ratio accedit armorum, undiq; enim duro tegimur ferro, nec ſepe alte descendunt, mortiferaq; penetrant in corpus uulnera, ubi illiſum ferrum ferro detunditur. Tum ratio nobis mature conſugendi, non furoris impetus moderatur. Audio Germanos iſtos, quos dicitis, non ad prælum, ſed ad eadem furentes ruere: quod neceſſe eſt fieri, quum ars ignorat bellandi, regiturq; ſtulta temeritate ferocitas: ſuis exciti urbibus eneruata umbra & delitijs corpora, diutus ſolem pati nequeunt, nec rem ordine aut arte, ſed (ut uos dicitis) ferocia (ut nos cenſemus) furore & inſania gerunt. Nam quid nobis obieclatis antiſquos? iſtam ego antiquitatem non plane noui, hoc ſcio, CRESCERE cum ætatibus indiſtriã: SEMPER QVÆ noui aliqd addi uetuſtati. Rex interpeſlato ſermonē: Nimirū (inquit) ſi nos contemnimur, qui audeatis etiam uetuſtatē, tanquā rudem et mancam, accuſare. tum Brachius: Haud equidē hoc auiſim. quippē qui quanta fuerit illa, aut qualis non uiderim, ſed quantum ſcriptorū indiſtria fuit comprehendere: QVÆQUAM illi ſemper aliquid addunt rebus ornamenti: nihil adhuc uideo, cur quæquam uetuiſtatis deſyderet ætas noſtra. NAM IMPERIA non hominū culpa, ſed temporum mutatione deſecerūt. Plus ueteres cogebant copiarum: primum fuere illa ſecula

secula hominum feraciora fortasse: deinde, non eorum qui scirent industria ferre arma, sed qui etate possent, delectus habebantur: nec eos usus consuetus doq; bellorum, sed subita & improuisa necessitas faciebat milites: ex agro imperatores, ex constrictis milites ciebantur. sed quid milites dicimus, quorum nonnulli semiermes, pleriq; sine armis stipendia faciebant? Nos uero, non uulgo delecti, sed militie nati, non praestis partibus & incocta pelle, sed durissimis ex chalybe telis, ferrea contactu massa, bella gerimus. Quid illa tanta peditum multitudo? an parum indicio est nobis, imperitam turbam, equis pugnare nesciuisse. nam si qui erant equites, qui tamen paucissimi erant, quantum illi habebant roboris, quam referta peditum agmina conterebant? & tamen solo impetu illi & ardore, non arte usuq; belabant. Confer cum temporibus tempora, cum militibus milites, cum machinis machinas, imperitos pedes, leues fundas illis comperies: contra nobis, calidissimam ac uaserrimam militandi disciplinam, exercitatissimos equites, & rumpentes caelum, nedum muros saxaq; bombardas. Age deinde, suspende in trutinam etiam Imperatores, quanta uis, dii boni, nostrorum Ducum, quanti cum infantia ebibiti labores, quam nihil urbanum atq; molle: ueteres non arte belli, sed uana plebis studio, non per gradus instructi, sed statim creati, non uirtute, sed potentia, non quatuor & uiribus, sed patrie stipendio & delectu fiebant



bant Imperatores: quorum etsi nonnulli rei milita-  
 ris fuissent periti, milite tamen carendum erat, inter  
 mittentibus bella, nouiq; semper, atq; ideo inualidi  
 habendi delectus, noui exercitus comparandi, tum  
 ipsis quoq; non perpetuo labore uersatis, multum  
 ocij urbani capiendū: quid tale in nobis? Domi na-  
 scimur solum, nam ad militiam statim educti, ad pe-  
 etendos equos, non parentem, non ipsam agnosci-  
 mus matrem. hyeme nudi uentos frigoraq; perpetui-  
 mur, præsētia nobis in delitijs sunt, æstate alieno u-  
 sui factam, quam uix manibus leuare possumus ter-  
 ra, galeam ceruice perferimus. pabulatum etiam si  
 nobiles domi nati sumus, eundem est nobis, & ut  
 pluuie metentibus pereant, matutino perfusi rore  
 madescimus, ad stationes reuersi, non molli cubicu-  
 lo, non igni tectoq; fruemur, sed ipsam illis maden-  
 tibus obstricti uestibus præsēpibus complendis, leu-  
 mine abijciundo, expoliendis armis, sellis ad solem  
 expandendis, totos dies tremendo sudandoq; obdu-  
 ramus corpora. dormimus non quantum ætas &  
 natura postulat, sed ad nutum uel stertentis militis  
 excitati, ultimi somnum, primi uigilias capimus. sæ-  
 pe noctu, uel hinmitu equi, uel exiguo uentorum fla-  
 tu, ad explorandā cœli tempestatē tabernaculis, stre-  
 pitu, clamoreq; detrudimur. tum famēs nobis pro ci-  
 bo est, hæc alimur, hæc nobis familiaris est, si semel  
 contingat agrestium pomorū delitiosa saturitas, id  
 demum est lautissimū conuiuū. Sed hæc pacis, non  
 minus

minus quam belli rudimenta praelijs incundis, & si  
 etati parcitur, proximè tamen accedit, ad pugnam se  
 qui semper latera pugnantis militis, & hastam para-  
 tam, non ita statim porrigere, sed diu eius equato cur-  
 su circumferre: tum horrendum hoc quoq; , uidere  
 ictus, uulnera, minaces hastas, micantes & in ora  
 semper strictos gladios, iam tum hæc perdiscimus  
 contemnere. NEC enim terrorem afferunt, nisi quæ  
 noua insuetaq; sunt. Sic aues quum primo capies, su-  
 gaces ac timide, ubi diutius tenuisti, manu mirificè  
 mansuescunt, & ad sibilum quo prius terrebantur  
 concinunt atq; accursitant. sic usu edocti, sepe præ-  
 occupamus etatem, & immaturas adhuc bello con-  
 serimus manus, non tam iussu Ducum, quam ardore  
 quodam æmuladi: iam tum supernè adoriri hostem,  
 perturbare ordines, premere, instare, circumuerti, fe-  
 rire laua dextraq; perdiscimus. tum gradum profer-  
 re, sustinere impetum, totaq; mole corporis ad suffo-  
 diendos equos inclinari, & contacta prope terra,  
 acrius in hostium ora cõsurgere, circumuehi equo, et  
 quasi trutina simul stimulis urgere, simul frenis mo-  
 derari, atq; omnem in partem ueluti globo aut turbi-  
 ne circumflectere. Hæc edocti nostro militare incipi-  
 mus stipedio, nullaq; nobilitatis habita ratione, uirtu-  
 ti honor datur: & qui pugnando præstat, si cautè cõ-  
 sulteq; rē gerat, locū dignoscat, atq; occupet equio-  
 rem, ordines eleganter constituat, aciem commodè  
 instruat, pugnam non temere aggrediatur, recipiat

se militemq; suum incolumem, primus in petendo ho-  
 ste, ultimus praelio excedendo. hic alter est nostra mi-  
 litiae gradus. tum militem praeficitur agmini, hos praefectos  
 militares, hos agminum Duces appellamus. Horum quoq;  
 discrimina quaedam sunt, & alius alium praestat, quo cuiusq;  
 maior est uirtus, eo plus illi copiarum ac stipendij datur.  
 qui uero longe alios uirtute, fide, animo antecedit, hunc milites,  
 hunc Duces, Praefectiq; sequuntur. hi sunt Imperatores nostri,  
 haec Italica imperia. Nullum praeclearius insigni, quam uulnerum  
 a uerso pectore multitudo, & deformata cicatricibus corpora:  
 quales multos memorare possem, qui nostra aetate fuerunt Imperatores,  
 quos non fauor plebis imperitiae, non Graeca aut Romana  
 facundia, non urbana araria, sed una uirtus, in gerendis bellis,  
 ad eam sustulit dignitatem. Vix nam illi ueteres adesse possent,  
 ut si oratione, non liceret, armis causam diceremus: facerent credo in  
 nos impetum, collectae ad subitam contentionem manus,  
 sine armis, sine equis, sine disciplina militari, ordines  
 nostros confertos armis, & ferreis conglomeros nexibus  
 perturbarent. Tum etiam (si Dijs placet) praestanti nos  
 pertica cominus, eminus funda propellerent. Ipsi quia  
 solide non durant, concauas hastas nostras expectarent:  
 & quibus ferrea massa nequeunt resistere, molliculae pelles,  
 aeneaeq; loricae restitissent. subsidio uenirent inermi  
 pedites, & nostris intermixti equitibus, ora nostra, insueta  
 manibus

manibus eorum mucrone iugularent, Dij boni quos obtritus, quantas cedes, quam ingentes strages edere remus? Cogitate, queso, nunc ex hac urbe, proximisq; oppidis subitum acciri exercitum, creari nobis lem domi, sed tamen nouum imperatorem, quem ciuium gratia decernat, concurrere in castra omnem ciuilibus armis instructam iuentutem, contra hos meos opponite comilitones. cogitate deinde, quae illorum mentes, quantus pauor armorum aspectu, quanta ferratorum & circumuolitantium equorum occursum trepidatio: tum qui ordo, imo uero quae confusio pauidae & sibi confusae multitudinis. an illi diutius repugnarent: resisterent credo uel tyronibus nostris, quorum aetas omnis militiae est transacta, ne aciem quidem oculorum, nedum telorum impetum sustinerent. multitudo inermis parata cedi, fugae, pauori. quid facturos fuisse putatis commilitones meos, quanta uis, quantis animis, quo ordine aggressuros imbelli multitudinem quot inermium brachia, pedes, capita recisuros: ite nunc conferte uetustate. Hae paulo ardentius quo militum morem gereret, locutum, Rex ingenti amplexus est risu: nec fateri dubitauit, ex his pleraque uera, esse maxime quae de creandis imperatoribus essent dicta. Rugas contraxerant Hispani milites, et litem integram suscipere incipientibus silentium indixit Rex, confessus Italicos arte, caeteros numero prestare. animorum primo ardore ferocios Hispanos, Gallosq; Italicos maturo consilio, non praecipiti ira dimicare. ubi conuiuium est

discessum, fama est, multa simul de bello intimo se/  
 cessu arcis, consultaſſe. Rex omni ratione pacis bel/  
 liq; ad Brachium reiecta, primum illi Regia mune/  
 ra, purpuram atq; aurum largitus. Mox omnes Cen/  
 turiones praefectosq;, ut cuiusq; decebat fortunam,  
 equis atq; armis donauit, gregarijs militibus congia/  
 rium datum, atq; ita omnium inita gratia, ad belli  
 studia conuertii animum. Habeo tamen autores,  
 utrunq; prius cum suis quenq; praefectis militaribus,  
 Cumas conceſſiſſe, ad uiſendam totius Italiae amœ/  
 niſſimam plagam, eosq; partim terra feciſſe iter, par/  
 tim qua tirembus extrema maris ora delapſos, ſi/  
 mul deinde, quiq; mari, quiq; terra ierant, ad Baias  
 appuliſſe, totum luſtraſſe Batanum ſinum, ſalutarib/  
 bus tepentem aquis, ocia Tyrrheni maris, & latiſſi/  
 ma myrtetis litora: ſic pelleſtos amœnitate loci,  
 Lucrinum atque Auernum, & opaciſſimis iacen/  
 tem uallibus Acherontem, nec orienti, nec occi/  
 denti ſoli peruium. tum ut uulgus credit, immane  
 atq; auro referctum Sibyllæ antrum, tam quidem ua/  
 ſtum longumq; ut multos ſubire montes, proculq; a  
 conſpectu recedere credatur, immenſum cum labore  
 periculum ingredi uolentibus. Antri deinde ora pra/  
 tergreſſos, lacunam quoq; adiuiſe Sibyllæ, ingens  
 & uetuſtum opus, & quod nomen indicat: admira/  
 tione digniſſimum. Inde ad Puteolos conuerſos, deie/  
 cta mari domorum ac turrium fundamenta, tot ſul/  
 phureos per litus fontes, & prominens ſuperata ue/  
 tuſtate

lustrate theatrum, supra uero ardua fumum exhalan-  
 tis montis iuga, nec obscura Miseni nomine. deniq;  
 omnem cum tractum, longè lateq; peragrasse: his lu-  
 stratis locis, terra Neapolim reuersos, effossum ob-  
 scura cauerna Pausilippum ingressos, Vergilij poë-  
 ta sepulchrum media imminens cauerna, precatos  
 ueniam salutasse, nec quicquam tam gratum utriq;  
 iocundumq; fuisse. Qua die hæc acta sunt, septem  
 onerariae naues, quas Rex subsecuturas dixerat, quã  
 ad recipiendum in Sicilia frumentum restitissent,  
 Neapolim secundis uentis appulerunt, partim frumẽ  
 to, partim equis & sagittarijs onerata. Secuta est in-  
 gens annonæ uilitas. Iam duobus malis, bello atque  
 fame liberati Neapolitani, & Brachij & Regis be-  
 neficia sentire cœperant, liberiusq; diu intermissos e-  
 questres ludos, aliaq; fessa patrio more celebrare.  
 Brachius totus intentus ad bellum, quo expeditionẽ  
 maturaret, multis uerbis Reginam ac Regem ad mu-  
 tuam beneuolentiam & concordiam hortatus, co-  
 pijs urbe deductis, ad priora castra concessit: nec diu  
 moratus, altero quàm profectus est die, Angarium  
 oppidum, quod paulò ante eius aduentũ rebellauit,  
 magno adortus impetu, expugnauit, diripuitq;.  
 Motis celeriter castris, Paganum infestis signis pro-  
 ficiscitur, perterriti oppidani, deditioe sub conditio-  
 ne facta, deiectisq; hostium uexillis, Regia signa rece-  
 perunt. Dum hæc ad Campanum geruntur, Tartalia  
 cum octingentis equitibus auxilio missus à Pontifice,

cum Sfortia coniunxit. Occultè enim, quasi non ipse gerendi belli autor esset, ante id tempus auxilia miserat, nunc cognito Regis aduentu, confirmandum exercitum & peditatu equitatuque augendum ratus, manifestius omnia facere. magnas undique bellivires moliri arbitratus, quod erat uerisimile, plurimum posse eius nomen ad populos sollicitandos, Regias copias mari, quàm terra meliores, & equitatu minores futuras, uinci, deleriq; facile posse. tum nihil Italicis Catalanorum nomine infestius, & Catalanos putari omnes, quicumque transmarinum Regem secuti in Italiam traiecissent. Vnicum esse obstaculum. Brachij nunquam antea uictum, & supra mortale reputatum caput, sperare tamen frequentibus prælijs, inanem hominum opinionem, posse aduersis illius rebus euanescere, nec dubitari, si pari robore in discrimen esset eundum, illum uictorem fore, nec quicquam plus addere terroris militi, quàm inuicti Ducis famam. Sed auctis suorum uiribus, exercituq; multiplicato, aut non commissurum illum pugnam existimabat, aut si committeret, equitatu defectorum, atque ita superatum iri, & partam longam felicitate gloriam, breui, rebus semel male geritis, deperituram. utcunque procederet res, uel fugerit ille, uel pugnaret, superiorem se futurum. consilia erant magis ociosi Pontificis, & uerti res magnas uno momento, uno astu, nescientis, quàm bellicosi Ducis. Ergo sunt enixissimi bellicorum

rum omnium apparatus, stipendia largius quam antea decreta, milites longius acciti. Quæ dum à Pontifice aguntur, Brachius ut prius, quam tot hostium aduentarent copia, finitimos ad defectionem compelleret, Hispanos milites, regiosq; sagittarios cogit in castra, totis uiribus occupaturus nondum firmatum presidij hostem: producto igitur ad Castellum maris media nocte exercitu, sopitas pro stationibus uigilias comperit, ad motis muro scalis, complent mœnia, atque oppidum irrumpunt milites, refractis portis, ac cæsis uigilibus, clasticum canit turba. oppidani magno quoque militum clamore excitati somno, ubi hostem intra mœnia sensere, subito percussi pauore, latebras tacita fuga quærere, preciosa secum asportare, mulieres sarcinas efferre domo. & dum effugisse spes erat, in prædabundum hostem incidere. Diripiuntur oppidanorum bona, sed milites pars domorū intima rimari penetrabilia, pars ad portum incurvere, & nauiculis ac cymbis occupatis, natantia mari dolia, cadosq; corripere, denique terrestri prelio maritimam prædam agere, quæ omnia Neapolim prima luce delata, litora portusq; compleuerant, uinaria dolia, eaq; omnia plena ad uiginti milia fuisse tradunt, Auxere prædā etiam Salinae. sed arx ualido munita presidio, quanquā multis diebus oppugnata, nullo tamē impetu capi potuit, et res ad obsidionē redierat, quæ res causa hostibus fuit scelerius ad soluendā obsidionē occurrēdi. Constituit



unt hostes diem, qua die ad Sarnū flumen conueni-  
 rent. duodecim milia fuere equitum, peditumq; tem-  
 pestate illa satis ingens exercitus, & qui non equali  
 re hostem solum, sed circumuenire etiam potuissent.  
 Eius rei per exploratores certior factus Brachius, ue-  
 ritus ne inter oppidi angustias opprimeretur, neue  
 tripartito exercitu cum arce, cum oppidanis, cum ho-  
 ste simul committere praelium cogeretur, deserent  
 di oppidi, mouendiq; propius ad hostem consilium  
 cepit, facilius uniuersis copijs, quam partito milite  
 aditurus pugnam. ergo permotis ad Sarnum castris,  
 ad alteram ripam non procul ab hoste consedit. illi  
 quoq; aduersæ appropinquauere ripæ, nec iam duas  
 acies, aliud quam fluminis alueus dirimebat. positus  
 hinc atq; inde stationibus, duo de uiginti dies circa  
 flumen, ut alter alteri obstaret, inhæserunt: sed flumi-  
 nis haud sanè ingens erat altitudo, frequentiaq; pate-  
 bant uada, quibus traieci milites, leuia committebat  
 praelia, & Brachius de industria ad extenuandum  
 hostem moram trahebat. Inter hæc duo circiter mi-  
 lia Neapolitanorum, & cum his pauci sagittarij ad  
 Brachium uenerunt. sed cum Rex per literas quod  
 compertum de hostium numero haberet, ne praeliū  
 caperet admonebat, turpe uidebatur Brachio, quic-  
 quid esset copiarum in Regno, frustra unum in locū  
 conuenisse: tum milites auctis iam uiribus, quanquā  
 non pares hostibus, praelium postulabant. Dux ipse  
 non adeo contemnens hostem, nihil existimabat cō-  
 mittendum

mittendum temere, dissimulatoque consilio, ne quid metus subesse uideretur, quo minus signum militi daret, Regis literas caussabatur, nec hostes magnifice praeliandi faciebant potestatem. Commeatus utriq; magis tamen Brachio suppeditabant. Illis Acerræ, Nucaria, Aversa: Brachianis maritima ora frumentum suggerebat. Sic rerum copia dimittendi fecerat negligentiam. Brachius ubi uidet hostem, quanquam maioribus copijs, & minore com meatu, tamen castris se continere non ausus, cum uniuersis confluere alieno loco, aciem indies latius proferebat, ut citiorem in planiciem, ad æquum compelleret locum, uel occasionem militi præberet, leuiter dimicandi: nihil missum faciens, quo aut uniuersos ad iniquitatem loci, aut partem ad leue certamen eliceret. nec hostes eam detrectabant pugnam, qui etsi multi Duces unius Brachij astu superabantur, omnia tamen patienda statuebant, ut aut conficerent fame multo opulentiorum hostem, aut ad alteram fluminis ripam, belli cupidum prouocarent. Constat nusquam Brachium quantum hoc bello haussisse laboris, continuos complures dies nunquam exuisse arma, secutas etiam loricas situ laxatas uelites. Erat enim uigilie atq; inedia, supra quam humanum est, patientissimus, laborum tamen multo patientior. Hic Centurionem manicatum exaudiverat. Militem tecto capite propter pluuias ordine, abeuntem castris pellens, eius insignia, quæ ille ca-

legis gestabat ademit, nec usquam exactius militarē  
 disciplinam seruari uoluit. Qui ubi uidet nullo con-  
 silio impelli hostem, nec flumine decedere, quo tan-  
 tam copiarum molem uno in loco se continentem  
 dissiparet, militarem dolum excogitauit: frequentibus  
 enim leuiter commissis praelijs, si quos Sfortia  
 cepisset milites, eos in catenas coniectos, ad Regiam  
 classem trahendis remis destinabat. quos autem  
 ex Tartalia copijs, eos magnifice donatos, cum ar-  
 mis atq; equis, quæ belli iure amiserant in hostium  
 castra remittebat. nec decauit blanda & superioris  
 amicitia admonentia uerba, quæ quum sepius egis-  
 set, grauis inter duos Duces est orta suspicio, uaria  
 coepta agitari cōsilia, nec alter alterum admittere.  
 qui fuerant dimissi cum donis, rem magis excitare,  
 Brachium in caelum tollere, succendereq; alterius  
 Ducis iracundiam. iam totis dissidebatur castris, ge-  
 minamq; factam aciem, duo dirimentia ualla munie-  
 bant, multoq; negligentius, qua parte instabat hos-  
 tis, quam inter sese uigilia fieri coepta. nec melius  
 inter se milites conueniebant: demum eò processit  
 res, ut ueriti ne tumultuariam seditionem concitan-  
 tes, callidus inuadere hostis, alius aliò mouerit ca-  
 stra, Tartalia Auersam, Sfortia Nuceriam, nihil in-  
 ter se amicè cogitantes abière. His rebus per spe-  
 culatores cognitis, Brachus omni reiecta mora,  
 flumen traiecit, factoque per Auersanorum fines ite-  
 nere, agro Attellano leuiter populato, Capuam  
 agmen

agmen perduxit, Tartaliæ trāseuntem impedire cupienti, milites non paruerunt. quippè educti in aciē, pars simulata fuga repetiuere urbem, pars metu ualidioris exercitus, intra munitiones regressi, neq; succere, neq; expectare impetum uoluerunt.

# IOANNIS ANTONII

CAMPANI EPISCOPI APRVTINI, DE VITA ET GESTIS ANDREAE

Brachij Perusini, Italicae militiae Imperatoris

olim Strenuissimi, Liber

sextus.



PROFECTVS ad Capuā cum exercitu Brachius, partem copiarum ad arcēdā Tartaliæ incursionē, atq; urbis praesidio reliquit, ipse cum reliquis magna celeritate profectus in Marsos, in ipso itinere Minianum, & Sanctum uictorē, alterum ui captum diripuit, alterum sub cōditione in potestatem recepit, celeriterq; egressus regni terminos, Pontificis, qui ad Marsos pertinebant fines, late est populatus: eadem celeritate conuersus in agrum Vestinum: duo Pontificis oppida, Castellum nouum, & Sanctam luciam primo statim congressu expugna-

expugnauit, diripiendâq; muli permisit. Ea res magnum Pontifici incusserat terrorem, quocirca missi celeriter ad eum legati, de oppidis repetendis, nihil benignum audiuerunt. Responsum Brachij fuit, Pontificem uerbis quidem pacem agere, ceterum re ipsa bellum gerere asperum, quum aduersum se Tartaliam auxiliatû hostibus misisset, tunc ruptum fœdus, uiolatam amicitiam esse. quamobrem non solum hæc se oppida non reddiurum, sed bello quacumq; posset petiurû eius imperium, nec nouo fœdere opus fore, quando priora soluta pace seruata non essent. Capta nuper oppida belli iure sua facta, ea si Pontifex redimere uellet, non pecunia futurum opus. si Tyferno cessisset, idq; pleno iure traderet in potestatem, capta nuper a se oppida recepturum. nihil restitute Legati, sed re infecta, nouis perlatis ad Pontificem mandatis, paucos post dies reuertunt, agentes si oppida restitueret, statimq; excederet bello, Pontificem Tyferni cessurum iure, ceterû Brachius suis uiribus ius sibi uendicaret, nolle Pontificem Tyfernatibus uim facere. Hæc cum legatis pactus, Brachius conditione accepta, castella restituit, belloq; statim excessit. Inter hæc Sfortia & Tartalia simulata magis quàm facta reconciliatione, cum omnibus copijs quæ iam mora comminuta defecerant, in agrum Sueffanum, ut inde si opus foret obsisterent hosti, mouere castra. qua re per speculatores cognita, Brachius longis factis itineribus, alitero

tero die ad Lyrin amnem peruenit. Lyris ex Apen-  
 nino defluens, modicus quidem primum, & uadis  
 transiri facilis, sed mox paululum infra, magna uī  
 fluminum augetur, & nusquā uadosus, alueo lato,  
 profundoq; ad Minturnas in mare delatus, pulcher-  
 rimam ac fertilissimā Italiae oram interfuit. ille Au-  
 sonios & Vestinos agros, ille Miricæ regna, &  
 Minturnensium oram olim Italiae celeberrimā pla-  
 gam (nunc ipsis ignota accolis nomina) ille Sueffa-  
 num agrum (aureis, ut poëtae tradunt, arbutis con-  
 situm) præterlabitur, scælicis Campaniæ, scælicior  
 terminus, & semper aliās eius Regionis tutissimum  
 munimentum. Brachius ubi ad ripam fluminis per-  
 uenit, patentes Sueffanorum campos, & passim ex-  
 rantes greges atq; armenta conspicatus, uel magna  
 in re tentaturus fortunam, uel quod magis putant  
 prædæ cupiditate adductus, equitatum qua latior  
 fluebat amnis, natationi subiiciendum constituit.  
 nam latitudo aluei, & facies tranquilla fluminis,  
 atq; ad ripam uadosa faciebant animos. ergo præ-  
 mittuntur inermes, ac nudi pauci, qui & maiori-  
 bus ueherentur equis, & natate ipsi didicissent ad  
 transitum peruentandum: militum oculi, ut **QVIS**  
**QUE SVI** discriminis est sollicitus, omnes in tran-  
 seuntem exploratorem coniecti hærebant. Pergit  
 primum cunelabundus eques, mox cum gloria præ-  
 mium à se tentati periculi, tum spectantium mili-  
 tum clamore, atq; hortatu impulsus, iam ad mediū  
 processer

processerat amnem, quum equi supremas iubas, me-  
 diumq; iam equitem undæ superauerant, eripit sese  
 anterioribus pedibus equus, & ubi modico progres-  
 su, ne sic quidem æquare altitudinem potest, pandit  
 late supra amnem corpus, ac sese aquis uehendum  
 permittit. nec deerat moderator, qui transuersum ad  
 alteram ripam ageret natantem equum. sic ubi pau-  
 lulum est natatum, rursus fundum pedes attigerūt,  
 sublatoq; ut prius collo, modicum processerat spat-  
 cij, quum iam toto eminente dorso, ad alteram flu-  
 minis ripam euasit: continuo secuti quibus idem ne-  
 gocium datum erat, & ipsi quoq; paululum natau-  
 re, mox superiorom inferior emq; percōtati amnem,  
 eum locum commodiorem, quod nō amplius quā  
 uiginti pedes erat natādum retulerunt. idem armis  
 onerati iussi eunt, redeūtq; sepe. Sequitur deinceps  
 omnis equitatus, & quasi non solum homines, sed  
 flumina etiam superare didicissent, magno plausu  
 hostilem ripam compleuēre: nam illo quoq; Dux ip-  
 se, inter primos euaserat, semper alias industria: nūc  
 etiam fortuna usus. quippè quum neq; ante id tem-  
 pus unquam, neq; postea, ne multo superius quidē,  
 & ante magnorum fluminum congressus, Lyrim  
 quisquā uado traiecerit, inde Brachij uadum appel-  
 latus, memoriā tāti facinoris. ipse testatur locus, res  
 dubium admiratione an stupore dignior, ex duobus  
 milibus equitum loriceis, ocreis, toracibus, tot ferreis  
 laminis impeditorū, ne unum quidem gurgites hau-  
 sisse:

fuisse. Brachius relictis ad citiorem ripam impedi-  
 mentis, ratus id quod res erat, suum aduentum non  
 solum incognitum Sueffanis esse, sed etiam incredi-  
 bilem uisum tri, statim rates ex sicca materia confe-  
 ctas, ad traiciendos pedites edificari iussit, qui e ue-  
 stigio & ipsi undis per fusi, traiecerunt. flumine su-  
 perato, Brachius producit aciem, delecti leuiter  
 armati diuiduntur in duo cornua, laeuum dex-  
 trumq; , medium erat agmen grauioris armaturæ,  
 hic nulli intermixti pedites, sed omnes ad latera con-  
 cedere, & quantum cursu possent durare, iussi sunt  
 equitatum anteire. signa mediam obtinebant aciem,  
 inter medium agmen & duo cornua, multum inter-  
 cedebat spacij, quo latius per campos extenderen-  
 tur prædatores. excurrendi ordo fuit, ut quàm effu-  
 sissimè popularentur agrum, & si qua hostium oc-  
 currisset manus, dextrum cornu ad laeuum, laeuum  
 ad dextrum se reciperet, sic fiebat, ut etiam itineris  
 errore sublato, à medio signorum exciperentur ag-  
 mine. nec potuit maiore consilio geri res. Instructa  
 per hunc modum acie, funduntur in latissimos ac  
 fertilissimos Sueffanorum fines, eunt passim in præ-  
 dam (longæ pacis munera) greges atque armen-  
 ta, & ueluti uno flatu uentorū, quicquid obuiū est lon-  
 gè lateq; corripitur. rura illa quæ anni dies æquauē  
 re numero, ui, clamore, ferro intermiscētur omniaz  
 subitū et insperatū malū multo plus incutiebat terro-  
 ris, qui prædatū uenisset, aut unde, nesciētib. & pa-  
 uor tre/



uor trepidis consilium excutiebat, ut pro monstro  
 res esset. attoniti uulgo agrestes sine uoce, sine cla-  
 more, pauida fuga latebras quærere, cadere, capi,  
 trahi, uinciri, fuitq; res supra mortalium fidem. Quic-  
 quid intra Gaurum & Massicum, Gallicanumq;  
 montes, ab infero mari & flumine Lyri iacet agri,  
 totum infesta populatione uexatum atq; direptum,  
 quod necesse fuit euenire securis belli & nihil hosti-  
 le metuentibus. tum regionis egregie munita, situ fo-  
 re se tutos, iam inde à belli initio crediderant. quippe  
 ad occidentem solem flumine Lyri, nunquam ut di-  
 xi alias uado traiecto, ad meridiem infero mari clau-  
 duntur: qua uero in orientem & septentrionem uer-  
 gunt, altissimi ac prærupti surgunt montes, ut uix ar-  
 tissima pateant transeuntibus angustie. Sed præ-  
 dam ut Brachio insigniorem, ita miserabiliorem ho-  
 sti, duo duces effecerunt: nam ut huic pulcherrimū,  
 ita indignissimum illis uidere late palantem, prædan-  
 temq; hostem, audire captiuorum miserabiles que-  
 stus, & prædam quantam nunquam illa uidit ætas  
 ante oculos Ducum & ciuium conspectum assorta-  
 ri, nec auxiliari fortunis suis miseros incolas audere.  
 prædæ magnitudinem, incertam ipsa multitudine fu-  
 isse tradunt. illud constat, uendito pecore, captiuisq;  
 redemptis, quinquaginta nummos uirum in ca-  
 pita militum distributos. tum Capuæ & Neapoli,  
 duplo minus diminutas macellariorum nundinas.  
 Pars etiam mari ad Lucanos, Salentinosq; trans-

uecta. Post hæc Brachius reducto per maris angustias,  
 quas occupari iusserat, ad Capuam cum præda  
 exercitu, iam suam urbem, suos uectigales in uictoria  
 cognosceret. Primum frequentem Campanum popu-  
 lum, in concionem uocatum, edocuit, id quod iam  
 pridem fama uulgauerat, datam sibi à Regina Cam-  
 panorum urbem, datas arces, agrum, fontes, uelli-  
 galia: quod quia moleste quosdam tulisse audiebat,  
 orare populū, & primū quenq; appellare, ne se indi-  
 gnū putarent, quæ sua in urbe regnare paterentur. nō  
 se obscuro natum loco, sed uetustissimi generis splen-  
 dorem, uirtute, & imperio auctum, nec fuisse au-  
 sum hæc ita coram dicere, nisi sciret explorata esse  
 omnia. Campano populo, Perusiam exemplo esse, il-  
 lam quanta esset intuentes imitarentur, nec ullum du-  
 rius imperium, quàm ubi ciuis ciui imperat, & tamē  
 ultrò sibi esse latam communem libertatem, ut quam  
 illi publicis uiribus tueri non possent, sua ipsa uirtute  
 auspicioq; defenderet. Irent, mitterent, qui Perusina  
 rem, quo in statu esset, certam exploratamq; refer-  
 rent: scire se Capuam regiam quidem esse urbem, &  
 Regiæ stirpi parere solitam, SED eos demum esse  
 Reges, qui & parerent Regna, & parta iuste mo-  
 derateq; regerent. NEC initio rerum alium alio no-  
 bilitorem fuisse: VIRTUTE primum factos, non stir-  
 pe natos Reges. non latere populum Campanum,  
 quàm graui bello ante suum aduentum premeretur,  
 ad portas enim imminebat hostis, frustra tunc regiæ

stirpis imploratam opem, sua se manu auspicioque  
hostem deleisse, & Regiam urbem non a regibus  
quidem aditam esse, sed a se, qui Rex non fuisset, pro  
pè suburbano bello liberatam, captas duas arces,  
que quantum molestiæ, quam uè urbis assidue popu  
lationis, & tumultuariæ formidinis fuissent causa.

CIVITATVM Reges esse, qui civium capita &  
fortunas defenderent, propulsarent iniurias, propa  
garent imperij terminos, non qui uano nomine alie  
nis fortunis abuterentur. non fuisse hæc dicturum,  
si quam illi Regiam intuerentur sobolem bona spe  
plenam, uerum non ita esse, non Regi, non Reginæ  
liberos extare, quorum tutela conquieturi essent, &  
tamen sine regia stirpe, Campanam rem esse non  
posse. Quid putarent commodius futurum, eum fa  
cere Regem, cuius clara pacis belliq; facinora perspe  
cta habeant, an accipere, nihil præter uana nomina  
asserentem? Tum regum arbitrio fortasse, aut crude  
lem, aut quod foedius est imperantibus ignauum ac  
cepturos, utrū accideret, aut Regi, aut finitimis con  
temptui futuros esse. Proinde uterentur occasione,  
non modo nihil unquam subituros periculi suis au  
spicijs, sed finitimis latè imperaturos. Nihil magis  
flexit Campanorum superbiam, quam inuidia finiti  
morum: tum recens erat memoria sublatis belli, &  
uim cernebant paratam, nisi paruissent. Oritur cla  
mor a plebe, primum Dominum Principemque salu  
tate, mox primores ciuitatis et magistratus omnes,  
ordine

ordine tribunal adeuntes, iureiurando ipsi sese ad-  
 gere, perpetua fide mansuros. Deinde frequenti sti-  
 patus populo, ad inferiorem arcem, quam Petreæ uo-  
 cant, ad ipsa urbis inferiora mœnia concessit, custos  
 cognito Regine signo, arcem & munimenta tradidit.  
 fit iam ingens tota urbe plausus, arcis custodes  
 multis simul excussis bombardis, latè obtundebant  
 mortalium aures: huc ciues ordine eunt gratulatū,  
 magnaq; statim cœpta munerum concertatio. ut cu-  
 iusq; maximè erant opes, ita plurimum frumenti,  
 aliarumq; rerum largiri, uincebatq; ostentantium  
 fortunas æmulatio. nec ante inhibitam à Brachio lar-  
 gitionem, finis muneribus factus. Tum inde uarijs  
 ludis ille consumptus est dies: postridie missis qui  
 Superiorem repeterent arcem, duas pulcherrimas at-  
 que opera munitissimas Italiae turres, custos nō an-  
 te traditurum respondit, quàm uiginti milia num-  
 mūm, & præterea cunctam arcis munitionem, diu-  
 turnæ custodiæ præmium recepisset. Mittuntur dein-  
 de statim primores ciuitatis, qui precibus contende-  
 rent: sed nec illorum quidem ualuit autoritas. iam  
 res ad apertam iniuriam spectare, & hostium nume-  
 ro esse cœperat custos: Pacano erat illi nomen, qui  
 ingentes furando prædandoq; in eam arcem conue-  
 xerat opes, sed ancipitem animum, diuersa agitabant  
 mala. Duo liberi, præterea uxor captiui à Sfortia  
 in uinculis tenebantur, qui paucos ante dies, nō pro-  
 eul ab arce triplici simul erecta furca, horrendum

& parenti et uiro, nisi arcem traderet, spectaculum,  
 erat minatus filiorum uxorisq; suspendium. uereri ne  
 si nunc Brachio tradidisset, ira illum precipitem  
 egresset in suos, tū cogitare cœpit Regias opes ingens  
 esse, cernere paratam obsidionem, uersatum tri  
 ante oculos hominum uiolata iura, inde pietas, hinc  
 meus urgebat. cessit tandem parenti custos, non ue  
 ritus dum impietatem effugeret, nescio an turpiorem  
 subiret perfidiam, quam tamē multo foediorē pecu  
 niarum insana cupiditas faciebat. Brachius etsi puta  
 bat uanam operam moliri, tamen cingēdum iam ho  
 stem obsidione, omniaq; tentanda decreuerat. Capuā  
 Vulturū amnis tribus prope circūfluit lateribus,  
 ut multis in locis pro muro sit flumen: nec aliter illud  
 quam ponte aut ratibus transmittitur. porrō pontis  
 extremum aditum, duæ illæ munitissimæ excipiebant  
 turres. Itaq; transeuntibus, angustum inter turres ip  
 sas iter erat, urbem ab arce intercurrentes flumen diri  
 mebat: tum situm ipsum, structuræ magnitudo exu  
 perat. murus ad mediam usq; molem, circiter trigin  
 ta in latitudinem continet pedes, totus quadrato con  
 sectus marmore, & lapides pro calce liquatum con  
 necit plumbum. & ne quid muralia pila officiant,  
 neue bombardæ graui ictu concutiant, altero factō  
 ex cæmentis duplicantur continenti muro: qui sic ma  
 chinarum uim excipit, ut uix languido, ac leui adu  
 ri morsu, nedum latius perrumpi queat. inter duas  
 turris Regiū cubiculum, qua iter erat, supra caput  
 altissima

altissima prominet testudine, marmoris statuis ue/  
 tustisq; imaginibus distinctum atq; ornatum: pons  
 quoq; ligneus, suprema turrium fastigia committit.  
 huc accedunt circa utriusq; turris ambitum in coro/  
 nae modum educta propugnacula, quanto munitio/  
 ra potuit excogitare artificum industria. Brachius oc/  
 cupato primum urbis ponte, frequentem opponit à  
 fronte sagittarium, qui propugnaculis auerieret su/  
 perne resistentem hostem, & si cognoscebat eam re/  
 magis terrori, quam periculo hosti futuram. Pacanus  
 adhuc inter pacis belliq; consilium, negligentius ar/  
 cere transeuntem militem, & tamen saxa rara demit/  
 tere, sperans mitigari oppugnantis Ducis iram, aut  
 minus exasperari, si ipse militum caede abstineret. iam  
 exercitus omnis ad alteram peruaserat Vulturni ri/  
 pam, paulatimq; cingere arcem coeperat, quum sta/  
 tim plurimi acciti fossores, quam latissimum produ/  
 cunt uallum, productum aggeribus trabibusq; cir/  
 cūueniunt: nec procul inde alteram latius deductā  
 fossam, praecutis & eam obstruunt sudibus. Feruet  
 simul utrinq; opus, nec cedit fossori miles. Dux est  
 partim excitandis, qui ducenda praerant fossa, par/  
 tim cōportandis ex urbe trabibus intētus, custodi ma/  
 nu uoceq; minatur. hic primum ille belli non credi/  
 tum apparatus. & futurae obsidionis indicia prospe/  
 cere, hic cognoscere hostem, & fortunae suae paula/  
 tim subdubitare. quippe diuturnae pacis ocio demolli/  
 tum animū, subita belli terrebat facies, ut saepe igna/

uiam animi, uix ulli satis tuentur muri. Productæ ita  
 erant circa turreis geminæ fossæ, quarum medium  
 quod erat relictum spaciū, materia plurima com-  
 pletum, ne qua penetrare quisquam ab hoste, si auxi-  
 liatum uenisset, in arcem posset, militum stationes oc-  
 cupauerant. Pacanus ubi uidet omnia in arctius spe-  
 ctare, sero mutato consilio, leniendi hostis totis uir-  
 bus militem arcere contendit. ille tela, ille saxa in cō-  
 ferta coniiciens agmina, proximum quæq; fodie-  
 bat: immensum apparebat futurum laborem, cona-  
 tusq; omneis in casū recisuros, nec alia re uinci ho-  
 stem quam fame posse. Brachius plurimum ratus mo-  
 menti habere terrore, omnia maiora quam opus es-  
 set apparare, statiuā tanquam illic transacturus, hyc  
 mem pro uallo facere, deniq; omnia moliri, quæ pau-  
 dam motura mentem arbitraretur. Contra Pacanus  
 quoq; magnificè loqui, dissimulare iactantia, preme-  
 req; intimo corde metum, bombardas ad urbē inten-  
 dere, omni uia conari hostem ab obsidione propelle-  
 re, quod tum demum facile putabat futurum, si nihil  
 meticolosi percepisset, statim inde discessurus hostis.  
 Nec fessisset consilium, nisi quæ plurimum bello  
 potest fortuna, uictori expugnationem desperati, adi-  
 tum in arcem patefecisset. Faber erat Campanus grā-  
 dis natus, longæ senectutis rarū exemplum, cum etiā  
 te, tum magis arte cognitus Duci. hic se puero, ca-  
 ptas eas turreis, per cuniculum, et quo in loco, quan-  
 tumq; terræ suffossum esset, memoria tenebat. unus  
 erat

erat aditus ad subterraneam lacunam, quo quum  
opus esset, aquam e summe custodes arcis deriuar  
bant, cetera undique laussumus uallauerat murus.  
Quippe turrium eadem est infra terram altitudo.  
mirabile hac quoque parte & rarum opus. Brachii  
us plurimis edificatis ratibus, ligneum pontem ab ur  
be ad radices turris pertinentem, construi celeriter  
iubet. Propugnatores arcis e summo turrium fasti  
gio saxa telaq; deicientes, rem difficillimam facie  
bant: quicquid enim struebatur operis, id totum in  
gentibus perfractū saxis, demersumq; flumen haurie  
bat: nec sagittis arceri poterant propugnaculis, que  
supernè lapides deuoluebant. ergo eriguntur stria  
supra opus conuexa tabulata, frequenti subnixa tra  
be, que superne cadentia saxa sic exciperent, ut uelut  
ti pluuia tecto, geminum in latus expuerentur. Pon  
te ad biduum confecto, subruere cuniculum coepe  
runt, molle atq; aliàs effossum solum, ligonibus egre  
giè quidem cedebat. Nec amplius una die ad os ip  
sum lacunæ a fossoribus est penetratum, sed crebra fa  
ta labes, cauernam impediebant. Forte superiore no  
cte, duos arce dimissos utres. plenos olei uigilia ex  
ceperant. his ad Brachium delatis, ac coram dissi  
uisis, inuenta sunt densa ac tereti stipata cera Præse  
ti literæ, ad Suesanū Ducē: petebat ut quædam ocysi  
me quatuor sagittarios, & paulum medicaminis  
ad se mitteret. Illis supplendo arcis presidio, hoc cur  
randis uulneribus opus esse: nisi mitterentur, ma



344 IOAN. ANTON. CAMPANI DE  
gnum periculum impendere paucitate defensorum.  
Literas Pacani scripserat nepos, cuius ille opera atq;  
industria plurimum utebatur. interim seruatim in tem-  
pus lueris Brachius, enixissime noctes diesq; operi  
perficiendo imminebat. Quod ligonibus exedebat  
tur, ad tabulae in testudinis modum aequata sustine-  
bant. Ingens trepidatio custodem inuaserat, quum  
tantum operis, tantum festinantiae moliri hostem des-  
piceret. & referens aures fodientium ictus intra tur-  
rim conuexa penetrabat. quo enim plus cuniculo ac-  
cedebatur, eo magis incussi terrae ictus, ad testudinē  
interiora resonabant. Iam res aperte ad lacunae fau-  
ces spectabat, quum ille non inops consilij, recta frō-  
te duas aeneas bombardas, directe ad fossores inten-  
tas opponit, ut duo inde simul excussi lapides, ma-  
gna strage quicquid obuium foret toto permearent,  
eliderentq; cuniculo. Sed eadem hic illa, quae ad Ly-  
rim annem fortuna non defuit: altior prodijt cunicu-  
lus, quam quo directae erant bombardae. Pacanus ubi  
uidet occupatum iri ab hoste inferiorem turrim, si-  
mul paucos opponit, qui hastis ac telis sustinerent  
impetum, simul magnam uim aquae ad superiora cō-  
portari, & dolia ac cados, deniq; quicquid erat uas-  
forum in turribus compleri iubet. Profiliunt interea  
pauci milites, & fuga subita euadentibus ad superio-  
ra custodibus, uacuum ac desertum lacunae fornicem  
occupant. cuniculus assidue magnam uim militum  
intra lacunae uestibulum edebat. cuncti deinde magno  
conatu

conatu frequentes ad cochleam. hæc marmoreis at  
 que angustis intorta gradibus, uix singulos, nec ta-  
 me hastatos admittibat. gladijs peragèda res erat  
 & primus quisq; miles à supernè repugnantibus so-  
 diebatur. tandem in manifesta clade, superat pericu-  
 lum uirtus, scandit Centurio primus duplici conter-  
 ctus armatura, hunc cætera subsequitur cohors, des-  
 serunt & hunc quoq; locum custodes, seq; in alter-  
 ram longè munitiorem celsioremq; testudinem reci-  
 piunt. diripiit horrea & uinarias cellas miles, & tã  
 quam uictoria potius, dum prædabundus turrium  
 secretâ rimatur, spaciū tutoribus dat cuncta mu-  
 niendi. Pacanus qua cochlea defecerat, submotis re-  
 pente scalis, supernè lapides telaq; deiecit. oriur  
 prælium cædi quàm pugna similis, quippe alter in-  
 currebat ictus, excipiebat alter si propior accessisset.  
 Quum nec hasta quidem testudinem miles adæqua-  
 ret, re ad Brachium perlata, siccā materiam, &  
 quæ alte fumarent comportari iubet, fumo eneclus-  
 rus, quem ferro domare non posset. Sed ea res lon-  
 ge plus suis difficultatis, quàm hostibus dedit: clau-  
 so testudinis ore, ac flamma fumoq; late tenebran-  
 te, quum subsistere milites intra completas caligine  
 angustias non possent, fuligine obstricti fauces, inci-  
 piunt subito referre pedem, eumq; locum & ipsi de-  
 serunt. Brachius reiectis suis, augendum in prope-  
 iam desperata oppugnatione terrorem, subitumq;  
 tolli clamorem militum iubet: expugnatas iam tur-

res, & partam uictoriam clamitanuum. ad Pacanum quoq; per ostij compagine paulum sumi penetrauerat: qui quum augente suspitionem metu, nihil de hostium recessu cognouisset, ac ingentem uideret in castris uersari lætitiā, uerius ne quid noui infra testudinem moliminis fieret, subuo est percussus terrore, superatoq; statim fastigio, quanta potest uoce, mitti sibi quæpiam ad colloquium postulat. Cui Brachius quo magis augeter terrorem, primum quidem uetuit responderi, Mox illo altius tollente uocem, referri iussit siquem uellet emitteret arce, alioquin neminem ex suis missurum. Emittit Pacanus nepotem in castra, quem ubi procul uenientem Brachius est conspicatus, Quid sibi uult à me (inquit) magnus iste Pacanus tuus? respondenti, Decem milia numum. Plus (inquit) dimidio lucrati sumus. Viginti milia enim poscebat. sed modium frumenti & uini cadum, arce uix efferet, Tabellis deinde porrectis, & quid, has tu nosti, quas idem scripsisti literas? neganti à se scriptas, Abi (inquit) aditum hinc à me defende si sapias arcem: ite, pergite rebelles esse. idem te, quod patrum supplicium manet. Vos quidem bombardam me petere ausi estis. At ego iam nunc quam uos uiolastis fidem obtestor, non hinc ante aut deditam, aut expugnatam arcem moturum castra. ultro si statim dedideritis, licebit esse impunes. sin ui quod prope est, repugnantes oppressero. singuli artus, singulis moenibus nefaria perfidia perdebunt

debunt exemplum. Literas reddere uolentem, tabernaculo irato similis depelli iubet. His omnibus ad Pacanum delatis, ingentem pauorem, cum acris ores solito minae, tum exceptae ab hoste literae iniecerunt. Quocirca rursus uocari è castris iubet, qui bona fide ad colloquium eat. Brachius aucto ut uolebat, metu, uocem è tabernaculo reddi iubet: Nihil amplius colloquio opus esse, statim si arcem aperiat abiturum quidem impunem, nihil tamen præter cadum uini, & frumenti modium detracturum. Deijcit statim scalas Pacanus, & quas multorum annorum praua cupiditas exaggerauerat, subitus pauor opes fortunasq; destituit. Diu hærentibus oblique oculis, & æquantibus suspiria lachrymis, tot male quæsitæ opes, ad tam modicam sarcinam decidisse. Transit ludibrio conspectus per media castra duobus asellis comitatus, quem modo phalerati equi, media urbe magno plausu deuehebant. Inuenti sunt in arce duodecim nobilissimi Campanorum pueri, quos ille forma atque ætate pellectus, media in pace, tanquam pro obsidibus corripuerat. Brachius receptis in potestatem turribus, Campanorum imperio libere potitur. Hic ille ciuitatem bonis legibus instituere, urbem ædificijs publicis primum, deinde priuatis exornare, coctilibus laterculis forum ac uicos sternere, Campanum perhumane & comiter appellare, deniq; breui gaudere nouo imperio ciues coeperunt. His rebus ad Capuam gestis, no-

348 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
ua accessit letitia. Cal. Septembribus, paulò ante oc-  
casum solis, filius Perusia ex uxore nascitur: huic  
Carolus datum nomen, quem nunc audio Venetorũ  
exercitus Imperatorem, etsi nõ gloria atq; imperio,  
spe tamen paternam magnitudinem adæquasse. hoc  
accepto nuncio, Brachius ludis equestribus magni-  
fice publicè priuatimq; in urbe celebratis, in aciem  
cum omni exercitu proficiscitur. Hostes malè inter  
se reconciliati, insequi euntem, longo tamen inter-  
iecto spacio decreuerāt, quippè nec copijs quæ pau-  
latim defecerant ad Regem, nec militum animis pa-  
res. Illos plerosq; rebelles, finitimis accitos oppidis,  
additus imperitiæ terror agitabat. paucos uetera-  
nos, multis in locis malè gesta res pristina calamit-  
tatis admonebat, & SÆPE ADVERSA fortu-  
na supprimit mortalium animos, tollitq; secunda-  
TUM intestinum odium, æmuli Duces, discordes  
exercitus, difficiliora cuncta faciebant, etiam in bo-  
na fortuna firmaq; uirtute, magna atque eminentia  
mala. contra Brachij ueterani omnes, & inuicti mi-  
lites, solidum imperium, quotidiana uictoriæ con-  
cors exercitus, & sola uirtutis æmulatio, cuncta  
belli atq; gloriæ præclara incitamenta. Tartalia post  
turrium defectionem, ratus quod erat euenturum,  
omnem belli conatũ aduersus finitimos Auersanos,  
Acerranosq; futurum, celeriter motis Sueffa castris,  
Auersam anteuenterat, ut saltem liberas hostium  
æceret populationes. Agrum Campanum Auersa  
numq;

numq; longa interfusa dirimunt stagna, siue sit illud stagnum, siue flumen fluenti stagno simillimū. Hæc multis procul inde fontibus exorta, uno demum excurrunt alueo, mediamq; late patentem planiciem lapsu quidem facili, sed ulnoso cœnosoq; impediūt, ut nisi paucis in locis transiri, uel media æstate non possint. & si qua rara pateant uada, ea tamen sunt perangusta, & alte erectis turribus, ad prohibēdas ultro citroq; excursions muniantur. sed hostes ut rebellionē facta, priores mouerant arma, ita prius eas turris atq; omnem paludis tractū occupauēre. quæ res ut Auersanos tutos ab hostili populatione præstabat, ita magnum Campanis afferebat incommodum. agrum enim libere populaturo hosti, noctes diesq; ingressus regressusq; patebat: nec ui præcinctæ stagno turres poterant capi. Brachius unam aut alteram, quoniam ui non dabatur, dolo capiendam aggreditur. Adolescētem adhuc quidem ephœbum, sed animo quàm ætate fortiorem, muliebri ornat uestitiu, ostenditq; uincendos uirtute annos, & pulcherrimū facinus, quod omnem eius ætatem honestaret audendum esse. falcem deinde messoriam & panariam læua suspēdit, abdito sub ueste gladio, iubetq; ut errabundus fugam ac metum simulet. Custos mulierem ratus meticulosam, & latebras circa turrim de industria quærentem ad se uocat, trepidabunda & fugienti similis orans, ut pudicitie suæ ab hostibus post terga prementibus consulcret.

intra arcem recipitur, euadit statim mascula foemis  
 na per scalas in superiorem turrim, inde quem effu-  
 gerat hostem prospectura: ubi ad suprema uentū est  
 propugnacula, subducit scalas, gladium quem sub  
 ueste reconderat, strictum depromit, eum qui pro sta-  
 tiuncula uigilabat ferro, clamoreq; adoritur, pau-  
 dum atq; altero traiectum uulnere præcipitem qua  
 scalarum erat lapsus deturbat. custodem deinde mi-  
 nis, saxiq; perterritum, inferiore depellit testudine:  
 aperit ille qua se demitteret portam, adolescens ab-  
 iecta iam pridem ueste, depositis scalis, gladio stricto  
 descendit. iam tota castra turri admouebantur, quū  
 ante signarij exeuntem ac fugientem incidere ce-  
 pereque hostem. Brachius occupato ponte, quan-  
 diu paludē miles traiceret, ne qd hosti significare  
 tur, teneri in uinculis custodem iussit. stagno supera-  
 to incautum inuadii hostem, populatur agrum ho-  
 stis belliq; securum. itur perpetuo impetu in subur-  
 banas Auersanorum uillas: eodem altero, eodem ter-  
 tio incurritur die. Tartalia magnificē aut intra ur-  
 urbem continebat se, aut non procul à moeni-  
 bus occurrebat fusc palanti hosti. eius consilio co-  
 gnito Brachius, cum parte copiarum ante primam  
 lucem profectus, quingentis passibus procul ab ur-  
 be infedit: cætera acie latius excurrere agrum ius-  
 sa, & si contra hosteis ueniret, metum fugamq; si-  
 mulare, quo procul inde distractum, atq; interclu-  
 sum ipse aggrediretur. nec cogitata fessellere, in-  
 sequentem

sequentem suos temere, atq; incaute Tartalium, ipse  
 se à tergo clamans urgensq; adoritur. ille insidijs se  
 ro cognuis, equi laxatis habenis, dat se à læua præ-  
 cipitem in fugam, effugiunt undè pauci, qui cursum  
 æquare potuerunt, ceteri deficientes opprimuntur.  
 capta equites galeati ducenti: nec hostes iam inde ur-  
 bem egredi ausi sunt. Tartalia profligato castra ad  
 Acerras oppugnandas permouit, sed urbs ualido  
 munita præsidio, spem omnem expugnationis eris-  
 piebat, cinguntur obsidione tamen Acerrani, et præ-  
 ter quam qui in castris erant Neapoli quoq; acciti  
 fabri, architectiq;, qui comportata unde proxima es-  
 rat materia, uarij generis machinas extruxerunt.  
 Longius deinde coeptus subruui cuniculus, triginta  
 dierum, laboriosum quidem illud, sed magni terro-  
 ris opus testudo, nunquam ante id tempus usitata,  
 muro quadrigis admouebatur, quæ milite sagittisq;  
 completa, atq; altissimis oblecta tabulatis, paulo mi-  
 nus adæquabat mœnium propugnacula. scalas quo-  
 que milites comparauerunt, Acerranos multum no-  
 ua machina, magis tamen ingens cuniculo effossa  
 terra sollicitabat, incertos quàm intra mœnia, quoue  
 urbis tractu cauernæ pertinerent, nec pro mœnibus  
 solùm stationes uigilare, sed noctes ac dies per omnes  
 excubare domos, ne quo penetraret cuniculus, cog-  
 gebantur. iam quæ ad expugnationem usui erant sic-  
 tura, expedita parataque omnia, et subterrane-  
 um opus de industria nondum apertum, paulum  
 à celo



à coelo recedebat, quum Acerrani ueriti urbis direp-  
 tionem, non expectato pugnae discrimine, praesidia  
 & urbem dedunt: fuere in praesidijs Praefecti milita-  
 res quatuor, totidemq; centuriones: satis firma iuen-  
 da urbi manus, nisi ciues excutiente uirtutem pau-  
 re, trepidassent. Haec dum ad Acerras geruntur,  
 Brachio nunciatum est Ianuam potentissimam mari  
 ac terra urbem à Duce Mediolanensium intestino  
 bello esse subactam, percussaq; inter Pontificem,  
 & Ducem foedera. nec dubitabat Ducem ad perni-  
 ciam Florentinorum, Pontificem ad suam, magna  
 excitaturos bella. Per hos dies quum Acerrani obsi-  
 derentur, Sfortia profectus Auersam, uel odio iam  
 pridem cōcepto, uel defectionis metu, Tartaliam ni-  
 hil tale suspicantem in conuiuio captum, securi indi-  
 eta causa percussit. odio id factū, an defectionis metu  
 nec fama nouit, nisi quae PRAECIPITES agit inui-  
 dia mortalium animos: & IMPERANDI cupiditas  
 aequalē aspernatur. Sunt enim qui affirmant Sfortiam  
 ad lectissimas illius copias, nimis auidos iniecisse o-  
 culos, arbitratū id quod minime fuit futurum, illius  
 milites, Imperatore amisso, eius ductu auspicioq;  
 militaturos: sed dolore amissi Ducis accendente  
 inuidiam, quippe quem nulla causa casum asse-  
 rebant, fortissimus quisque clam aperte ue, quae  
 commodior dabatur occasio, ad Brachij castra  
 fugiebant. Hic primum non militum solum, sed et-  
 tiam popularium animi paulatim à Sfortia deficere,  
 Pontificemq;

Pontificeq; alienari cœperunt: ut SOLENT scelerat  
 uix ipsis placere qui committūt. Brachius post rece/  
 ptas Acerras, ueritus ne quid Sfortia in proximos  
 Campanos moliretur, Capuam reuertitur: turpissi/  
 mum factu ratus, si in media uictoria & Principa/  
 tus sui initio Campani direptionem agrorum, aut tal/  
 le aliquid hostile pateretur, sed tutam à bello ciuitat/  
 tem acerbior inuaserat fames. Frumenti quicquid pu/  
 blici superfuerat, ante aduentū Regis Neapolim cō/  
 portatum priuati quod extiterat, ciues superioribus  
 Staiuis deprompserant, & præterea bella partim ex/  
 hauserant rem frumentariam, partim excoli agrum,  
 & sementes fieri prohibuerant. Igitur ad alendum  
 militem, necesse erat aliunde frumentum comparat/  
 re tractus maritima oræ, quâ Vulturum per loca ua/  
 sta atq; herbida desertur in Tyrrhenū mare, cōmodi/  
 simus primū usus est ad marinos cōmeatus excipiē/  
 dos, sed litus inuū atq; importuosū, frustrari specu/  
 latores uidebatur: tū iter per Vulturum annē longū  
 ac perdifficile, obliquo atq; aduerso nauigātibus flui/  
 mine: terrestre iter multo magis periculosum. Quip/  
 pe per medios ad Auersam hostes trāsitus erat facien/  
 dus, sic quacūq; uel mari uel terra frumentatū perge/  
 rēt, aut immensum laborē, aut magnū discrimē sub/  
 ituri uidebantur. res iam ad summā uenerat necessitu/  
 dinē, miles fame graui, cuius maiori, quā ferri posset  
 caritate premebatur. Brachius ut hac quoq; parte in/  
 uaret Campanos, frumentatores cū maiore parte ex

633 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
exercitus ad com meatus supportandos Neapolim di  
mittit . ipse cum reliquis copijs intentus pugnae, si  
quid accidisset longa manu sequebatur , sic instruit  
ad pugnam, ut si hostis occurrisset , composito  
esset agmine . Idem facit continuis pluribus diebus,  
facto semper per Auersanorum fines, atq; ante ipsas  
portas itinere. Sed labori tam continuo subeundo du  
rare equi non poterant , simulq; uniuersum fatigari  
exercitum uno com meatu oportebat: mutat ergo con  
siliu Braahius , ducentos frumentatores inermes,  
sine hasta, sine sella dimittit, qui Neapoli frumen  
tum equis adueclarent . duos deinde tubicines inter  
Auersanum Neapolitanumq; agrum , totidemq; in  
ter Campanum atq; Auersanum , non procul a uia  
Regia in occulto locat : ijsq; imperat, ut si ad com  
meatus impediendos hostes exeant, ut putabat exitu  
ros, qua parte id fiat, repente tuba significant . Regi  
praeterea scribit, ut suas & ipse copias in parato te  
neat, ut quum classicum cecinisset tuba, impetu ma  
gno concurrat ad hostium portas. Idem ipse fecit, in  
structa parataq; acie, quum non procul a sinibus ho  
stium confedisset, tuba signum operiebatur, celeriter  
et ipse ad portas incursumus. sic erat futurum, ut qua  
cunq; hostis egressus urbem inuaderet umentia , in  
terclusus gemina acie , occupatisq; ab hoste portis,  
receptu prohiberetur . Nec destituit fortuna consi  
lium . Sfortia cognita per exploratores inermi pau  
citate , com meatum inter Capuam atque Auersam  
est

est adortus: existimās eō negligentius incautiūsq; rediturum frumentatorem hostem, quo magis Capuæ appropinquaret, & impedita graui onere iumenta spem subitæ prædæ faciebant. tubicines cognito hostium egressu, atque militum audito clamore, quantum altissimum possunt edunt clasticum. quod excipientes alteri tubicines, clasticum & ipsi cecinere. Regiæ copiæ, quia remotiores fuere, tardius quidē, sed tamen magno ad Auersam cursu peruenerunt. Brachius instructa, ut erat, acie prodijt in apertos campos, & diripientem commeatus hostem concitatisimo inuadit impetu, clamoreq; perterret. Inconditi hostes, & ad prædam capiendam dissipati, nullo commisso pralio, in fugam sese quàm effusissimè cōuerterunt: insequuntur animis pleni, ferocesq; ab præsentē atq; hortante Duce Brachiani. diuersa fuit trepidantium fuga, nam id quoq; prouisum est, ut inde impetus fieret, qua erant hostes ad suam urbem cum præda reuersuri. Sfortia fretus equi uelocitate, per media effugit agmina. sero cognitum milites insecuti sunt, nec ante persequi destiterunt, quàm ille laxis habenis, excitatoq; assiduīs calcaribus equo, intra fossas urbis præcipitē se cōiecit. capti sunt equites quadringenti. quæ uictoria, finis tãti belli, uehementer totius Regni proceres urbesq; perterruit. Continuo proxima quæq; oppida in fidem rediere. Sfortia omni amisso exercitu, paucos post dies inermis haud amplius 15 inermiū militū comitatu, ad Brachiū in ca

stra uenit. Brachius quē belli iure ipsis in castris capi  
 pere potuisset, per benignē est cōplexus. hic omnia bel  
 li iura repetita, atq; in mediū e ducta, uetus amicitia  
 facile omnem contentionem sustulerunt. Sfortia quae  
 secundo bello Perusino gessisset commemorauit: his  
 adiecit, MILITAREM disciplinam, non eosdem  
 inimicos, quos hostes facere. Nihil unquam se priua  
 tum cōtra eius salutem dignitatemq; molitum: siquid  
 aduersus imperium gessisset, id belli iure gessisse: nec  
 se expurgatum offensiones belli apud hostem, sed  
 ad amicum imploratum opem uenisse: fateri uictum  
 bello, quod alieno imperio susceptum, non ignauē  
 ac temerē gessisset, uerum alienatis oppidanorum  
 animis, deficiente iam pridem stipendio, Pontifice ma  
 gnificentius uerbis quam re auxiliante, & hoste ni  
 hil intentatum dimittente, non mirum uideri, si nunc  
 tandem uictus bello destitisset: orare, atq; admonere,  
 ut suae dignitati consuleret, nihil illi futurum commo  
 di, si ipse exutus rebus omnibus, atque extrema  
 inopia perditus, iactaretur. Neutrum latere, quid de  
 mum ualeant bella, & ocium ac pacem eos deside  
 rare, quibus bella non placeant. Inde utriq; pendere  
 fortunam, inde adeptos dignitatem: & si illum maio  
 ra fortunae uela longius feliciusq; prouexissent, tamē  
 nomen, dignitatem, imperium, omnia ad bellicam ar  
 tem esse referenda. Nec fuisse illum tantas nunc ha  
 biturum copias, tam larga, tam peregrina atq; ex  
 tremas stipendia, nisi ipse prior hoc belli excitasset  
 inde

inde ali sustentariq; quamuis MAGNOS impera-  
 tores, nec in precio haberi militares Duces, ni sint  
 quibus resistere aduersariq; sit necesse. Acciperet se  
 non in socium, id enim non audere postulare: neque  
 in militem, si quidem non tantum potuisse fortunam,  
 ut animum simul cum exercitu superiore calamita-  
 te deleuisset, sed in pristinam beneuolentiam, quam  
 nullis uiolatis officijs, sed uarijs & ita ferentibus tē-  
 poribus intermisissent. Non dubitare curæ illi futu-  
 rum, si nullius rei quàm ueteris amicitiae meminisset.  
 Ad hæc Brachius omni comitate affatus ordine re-  
 spondit. Non oblitum ueteris beneficij, nullas sibi  
 neq; secundas, neq; aduersas res tanti fuisse unquã,  
 ut eius in se merita excidissent memoria: nihil inter-  
 cessisse offensionis: quod si quid intercessisset, nō ma-  
 gis quid mali, quisquam in se fecerit, quàm quid bo-  
 ni, id demū esse cogitandū. Desineret bella cōmemo-  
 rare, quæ tamē apud uiros integros lōgē plus emula-  
 tionis haberēt, quàm inuidiæ. Nō mediocres habere  
 gratias, q̄ hostis nulla re præter priuatā amicitia fre-  
 tus, in sua castra inermis incomitatusq; uenisset, hoc  
 nō hostilis animi fuisse indicium. Nā qui multū sibi de  
 hostis benignitate persuaderet, eū ostēdere, nō se ho-  
 stem, sed socium esse uoluisse, ut cunq; se res haberet,  
 polliceri operam suam, non factis, non dictis defutu-  
 ram. Nec quicquam amplius eo die est actum. Postri-  
 die Sfortia duobus comitatus liberis, rursus ad col-  
 loquium reuertitur. Hic primum de reconciliando  
 illo Regine agi coeptum: & Brachium ut quāmpri-

mum in Hetruriã rediret multa sollicitabãt: AMOR  
 patrius, quo nihil ad trahendos mortalium animos  
 efficacius. reuocatio Florentinorum, qui statim post  
 factam inter Pontificem & Mediolanenses Societa/  
 tem, Legatos ad eum miserant, ut quã maturissi/  
 me posset, in Hetruriam cum exercitu reuenteretur,  
 ne quid repente de improviso excitaretur belli. His  
 igitur atque alijs de causis, primum omnium Sfor/  
 tiam Reginae per literas reconciliat, eiq̃e persuadet  
 nihil eius Regno futurum commodius, quã si belli  
 causam, Sfortie contentionem, susulisset. Motis  
 deinde ad Matalonium castris, oppidum in fidem  
 rededit. Sed oppidani Reginae Imperium iampri/  
 dem aspernati, Brachij signa sustulerunt, ea condi/  
 tione uenientes in potestatem, ut illius iussis, non  
 Reginae parere cogentur. Matalonium omnia quæ  
 rebellauerant oppida secuta sunt, undiq; delata ul/  
 tro ciuitatum claues. Proceres quoq; post uictum  
 Sfortiam, rebus suis consulere cœperunt, atque om/  
 nes Legatos, pars ad Reges, pars ad Brachium de  
 pace miserunt. Hic finis fuit tanti belli, quod maio/  
 re apparatu quã periculo gestum est. quippe nun/  
 quam signis utrinq; collatis est dimicatum. oppida  
 pauca ui expugnata. Nec defuit ijs gerendis rebus  
 illa ipsa totiens iam auxiliata celeritas. intra paucos  
 enim menses peracta res est, ut suppressum statim  
 exortum bellum, magis quã gestum fuisse uidea/  
 tur. His rebus ad Matalonium gestis, Brachius reli/

Flo ad Capuam exercitu, Neapolim proficiscitur.  
 hic cum Regina egit, ut Sfortia primum in amicitiam  
 ac fidem reciperetur. deinde quando se Florentini  
 ad componendas Hetruriæ res communeq; tuendum  
 imperium reuocarent, ut exercitui quoq; eundem le-  
 gionibusq; præficeret. Durum id in primis Reginae  
 uidebatur, ut SERO mulieres iniurias obliuisci so-  
 lent, suntq; ad uindictam quàm ueniã promptiores.  
 Persuasi deinde, quàm periculosum foret sine exerci-  
 tu teneri Regnum, quantoq; periculo suis haberi si-  
 ne Duce exercitum. tandem non assensa est quàm  
 non denegauit. Regis quoq; autoritas interuenerat,  
 periculũ futurum magis, quàm præsentem iniuriam  
 uoluentis animo: Fore enim uidebat, ut uirum cõsilio  
 manuq; eximium, aut Ducem exercitus, aut si quid  
 unquam res titubassent, hostem esset habiturus. nec  
 quisquam illo in Italia post unum Brachium, militia  
 elarior. ergo receptus in fidem Sfortia, et sacramẽto  
 adactus, Regijs copijs præfectus est, eiq; ex foedere  
 est imperatũ, ut neq; Regno decederet iniussu Regis  
 Reginae uel, neq; trans Aternũ amnem (nunc Piscari-  
 am uocant, exercitum traduceret. Is terminus, is fi-  
 nis prouinciæ suæ foret: quippe extremos Samnites,  
 Aquilanos, Matercinos, omnemq; montanæ regio-  
 nis tractum ad Picenum usq; Brachio dono dedisse  
 Reges ferebãtur, sunt tamen qui non dono datã, sed  
 præsidio obtinendã eam prouinciam decretam affir-  
 ment. Rebus sic compositis, Brachius in Hetruriam



circiter Calendas Apriles cum exercitu rediit, agrum  
 eius discessum Rege Reginaq; ferentibus. Rex instru-  
 cta classe Caietam usq; abeuntem est comitatus, exer-  
 citus profectus terra, Dux ipse mari cum Rege delat-  
 tus, ad agrum Minturnensem conuenere. Hic exposi-  
 tum Rex amplexus osculatuq; milites quoq; certat-  
 tim pro se quisq;, mansuetissimum ualere iubet Re-  
 gem. Inde toto itinere clamantes, Hetruriam uictori-  
 cia arma, uictoria signa referebant. Comitatu abeun-  
 tem ex Regno nobiliss. mi. quiq;, sed ad multam con-  
 gressos uiam, suam quenq; domum abire iubet. ipse  
 magnis et cōtinuis factis itineribus, per medios Sam-  
 nitas in Picenum contendit: ibi paucos dies ad exi-  
 genda tributa, que pendere quotannis Picentes con-  
 sulerant, demoratus. Superat deinde magna cum  
 celeritate Apenninum montem, factuq; per Eugu-  
 binorum fines transitu, Tyfernum Urbem peruenit.  
 locatis non procul ab urbe castris, per caduceatorē  
 bellum Tyfernatibus nisi pareant, denuntiat. Eius  
 aduentu magnus ciuibus inectus est terror, ut s o f  
 L E N T subita mala uel fortissimo cuiq; esse terrori:  
 augebant quoq; trepidationem Tyfernatium exules,  
 quorum ingentem numerum hostium castra secutiū  
 auatebant, præsidia comparauerant nulla, Pontifi-  
 cis opem, quod urbis iure cessisset, minimè imploran-  
 dam existimabant: si deditioem fecissent, exules diu  
 secuti hostem, futuri ciuitatis Principes uidebantur:  
 si iure agenti restiussent, haud dubium putabant  
 obsidione

obsidione, fame, ferro, ultima esse passuros. tot circumuenti difficultatibus, fecissent primo statim hostis aduentu deditioem, sed domesticae simultates, ciuiliaque etiam inter eos ipsos, qui domi regnabant, odia prohibebant, opprimebanturque uili: atque honesta consilia, ciuitatis intestino dissidio. igitur ueritum est ne exules reduceremur, deditioem consilium reiecere: missi nihilo secius Legati, qui bona uenia pacem postularent, ceterum de exulibus nullam acciperent conditionem. Brachius Legatis respondit, non aliter pacem dare se posse, quam si ipsi sibi dederent ciuitatem, nullam facere iniuriam, qui sua iura postularet: hoc unum scirent, non se pro hostibus qui deditioem impedirent, sed inimicis et quidem acerrimis habiturum. Non hic bello petere alienum imperium, sed iure suum uendicare. cogitarent si aliquoquam ipsi agris, aut fortunis quo minus frui possent impedirentur, quoniam tandem animo essent laturi. multo sibi suas urbes, quam illis ipsorum agros esse chariores. accepisse a maioribus illos MISEROS esse, qui noua parere nescirent: illos omnium MISERRIMOS, QUI re: inere parta non possent. Iampridem sibi eam urbem stipendio et sanguine partam esse, non inuictio bello correptam, nunc si opus esset bello acturum in Tyferrates, qui mala fide possessa sua bona, suum imperium ne nunc quidem restituerent, quum peteretur. De exulibus nulla facta mentio. Legati re infecta minus ac metu

362 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
pleni discesserunt. Brachius ubi uidet segnius ciui-  
um rem procedere, nec minis impelli ad deditiōē  
posse, prius admouet castra, nec tamen agrum infe-  
stat, ne tunc quidem agentibus de concordia ciui-  
bus, totius agri castella, etsi nihil hostile sentiebant,  
intra paucos dies à ciuibus defecerunt, quatuor-  
duntaxat mansere in fide. Nec illa tamen hostiliter  
uexata, metere, arare, pabulari, omnia denique me-  
die pacis opera passim permittebantur. Interea res  
urbanae tumultuosius agitari ceptae, alij soluēdam  
deditiōē obsidionem, alij frangendum si possent  
pecunia hostem in consilio disceptabant. hęc poti-  
or fuit sententia. Missi iterum de pace legati, qui  
annuo tributo quinque milia nummum si hostis bel-  
lo decederet, patereturque liberos esse Tysernates pol-  
licerentur. Legati precio preces adiecerunt, oran-  
tes ne finitimam & optime de eius maioribus me-  
ritam ciuitatem perditum iret. Sineret liberam esse,  
quam nulla uis externa ante id tempus, neque pace  
neque bello subegisset. Commodiorem illi Tyserna-  
tium amicitia, quam seruitutem futuram, nec plus  
subacta ciuitate, quam liberis ciuibus uectigalium  
percepturum: Vix quinque milia nummum exigi ue-  
ctigalibus posse, & tamen custodias arcis, munia ci-  
uium, Magistratus urbis non aliunde paradōs esse,  
in maximis auctionibus uix summam eo demum ac-  
cedere, ut ali res urbanae cum dignitate possent, om-  
nia tamē citra seruitutem passuros ciues: hęc unam  
plus

plus honoris habere quã ferre Tyferrates queant, aut mori ante cõmunem seruitutẽ, aut uiuere publica in libertate statuiffe, nec libertatem illis fide esse potiore. quæ promitterent, rite pureq; præstituros omnia, uteretur amicis, quos seruos sine urbis excidio habere non posset. Non latebat Brachium omni humana diuinãq; ope destitutos obsidionem diutius pati non posse, non frumentum, non comæatus, non quod omnium erat maximum, spem illis auxiliij subesse. Itaq; Legatis respondit: Nihil sibi Tyferratum pecunia opus esse, nec pro alienis fortunis unquam, semper tamen pro sua gloria atq; Imperio, ad ultimos ubi res tulisset, fortunæ se impetus obiecisse. Nunc multo ardentius repetiturum suas, quã ante cuiusquam opes inuasisset, nec tam insignem contumeliam atq; iniuriam, ut ludibrio foret Tyferratibus esse passurum. nam quid ludificarentur, quid quando liberos fuisse Tyferrates, aut cui Pontifici non seruisse domini, illos non seruitutem aspernari, magnã tamen esse temeritatem ac dementiam exasperare, quem iura atq; arma essent factura dominũ: quo diutius hoc differrent bellum, eo se grauius illis imperaturum. nam quid fidem aut amicitiam iactarent, non posse amicos esse, qui de fortunis aperta ui magis, quã manifesto iure cõtenderent. Si iuri ac legibus arma cessissent, cur non nunc statim sibi fuisse parituros? si armis agenda res foret, cur suũ nunc tadem imperiũ recusarẽt? amisso agro, destituti omni ope, qui

Pontificib. solo metu, nullo bello paruissent: cessis-  
 se sibi Pontificem suo iure, si rite cessisset, quid ipsi  
 impedimento essent? cur iniuriam facerent suas res  
 uendicanti? sin nihil Pontifici fuisset iuris, non me-  
 lius illum tenuisse imperium quam se inuasurū. Nec  
 turpē esse Tyfernati populo seruire coactos bello,  
 qui media in pace, omniq; tranquilla Italia seruis-  
 sent. Nam quæ ad uectigalia spectarent, curæ sibi  
 fore, ne quid sibi ciuitas caperet detrimenti, non id-  
 eo se imperium querere, ut alienas auidè extorque-  
 ret fortunas, quarum nihil indigeret, sed ut haberet  
 in quos benigne largiretur suas. Irent bono fœli-  
 ciq; auspicio, dederent spontē ciuitatem, quam nisi  
 nunc darent, paulo post inuiti coactiq; essent datur-  
 ri, & quod uictoris ira suaderet, direptiones, incen-  
 dia, & extrema quæq; subituri. Inirent hanc gratiā,  
 seruarentq; ciuium opes, nec summa cum acerbita-  
 te in prædam & direptionem agi paterentur. si pu-  
 gnam expectarent, nihil se ciuitati consulturum es-  
 se, omnia militi in prædam cessura: si deditionem si-  
 ne prælio fecissent, daturum operam ut neq; publi-  
 ce neq; priuatim sui quenquam imperij pœniteret.  
 Tyfernates quū duabus legationib. nihil profecis-  
 sent, animos ad tolerandā obsidionem acruis confir-  
 mauere: id solum sperantes, aliquos futuros motus  
 in Italia, quib. auerti hostis bello, atq; obsidione ex-  
 cedere cogeretur. spes erat magis quam consilium.  
 Ergo Brachius cognita pertinacia, castra propius  
 locat,

locat, munit fossa & uallo, ut planè ostenderet non se inde nisi aut uictum, aut capta urbe posse diuelli. Vigilibus castrorum imperat, ut egressum ciuem, si quis fortè egrediatur, intercipient, habeantq; in uinculis: nam ante eum diem clementius cum ciuibus agebatur, & egrediendi & redeundi liberis. Interea uineta & oliueta circum urbem igni ferroq; uastare, uillas passim ac late incendere, casas solo equare, omnia deniq; licentius agere coeperat miles. tum primum ciuibus bellum terrori esse, ut cuiusque sua incommoda urbi erant propinquiora, ita dolor ex prospecto incendio & desiderium crescere. sed tanta erat animorum pertinacia, ut ultima experiri, quam facere deditioem decreuissent. Brachius etsi munitissimam uidebat situ urbem, & expugnari perdifficilem, omnia tamen prius tentada, quam inde discedendum statuebat. Tyernas praesidia largius disponere, moenia, turreis, propugnacula saxo telisq; complere, trepidare quidem animo, uoce tamen hostem contemnere. Brachius ubi uidet rem ad oppugnationem spectare, quod opus foret maiore peditatu, mittit qui Perusiae delectus peditatum habendos, quiq; bombardas importandas curarent: quinque milia peditum ex urbe agroq; delecta, horum pauci erant sagittarij, maior pars loricati, clypeatisq; dolabris, uerutis, falcastrisq; terribiles, & quae praeterea ciuiles factiones uarij generis inuenerat arma. Perusinoꝝ aduentu plus hostib. iniectum

terroris

terroris, quàm Brachio spei additum. illi numerum  
 & uirtutem expauescere: Brachus quo magis Per  
 usinorum insitum natura corpori animoq; robur  
 cognoscebat, hoc minus libenter periculis obijciē  
 dum putare totius Italiae florem. Nec enim ulla gēs  
 Perusinis bellicis in rebus in Italia comparāda. uix  
 nati obequitant, cursitant, insiliunt, desiliuntq; : &  
 etatem supra quàm dici potest uirtute antecedunt.  
 sepe citra ephœbos singulari dimicant certamine,  
 & domi educatos, egisse foris etatem, et institutos  
 militiae putes. horum tantum numerum priuata in  
 ter se contentiones ardentius ad pugnam excitabāt.  
 illi primis sibi cani signum, primi muros scandere,  
 primam dari sibi aciem postulabant, nec quisquam  
 libentius ocium & quietem agere, quàm illi prae  
 lium adituri uidebantur: ut suam quisq; uirtutem et  
 mulatione ostentaret. Ea res Brachium ueritum, ne  
 illa uirtutis emulatio in periculosam temeritatem  
 uerteretur, aliquot dies ab oppugnatione continuit:  
 durissimum enim putabat ad tantum discrimen ci  
 ues deuocasse. ceterum hæc eadem consilia potium  
 de urbis, & occupandi temporis cupiditas discutiē  
 bat. itaq; omni reiecta cunctatione, primum studi  
 um quanta summa potest altitudine edificatam,  
 muris iubet admoueri: eam complet munitis gra  
 uissima armatura ueteranis. Porro turri, quæ pro  
 portis imminebat, duas opponit intentatq; bombar  
 das, à laterib. frequēte collocat sagittarios, Perusi

num peditatum aliquanto lassius circa hostium munitiones explicatum, subrigere scalas iubet, ut si ad testudinem concurrissent propugnatores, tum de mum ipsi uacuas mœnium stationes occuparent, et uaderentq; ad summa propugnacula: urbem scalarum ordines præcinxerant, aliquot enim continuos dies ad eas conficiendas consumpserat pedes. Horrendam tot simul scalarum faciem ubi conspicati sunt Tyfernates, in se atque in sua mœnia ordine aduentantium trepidare, uociferari, & sese complãgere haud aliter quàm capta urbe cœperunt. Exaudiebantur lamentabiles ciuium in castris uoces, nec quisquam de mœnibus defendendis, omnes de fuga & latebris cogitabant. pauci erant Primores ciuitatis, quorum opera hostibus resistebatur. hi ubi publicum pauorem, subitamq; trepidationem sunt conspicati, ueriti ne urbe expugnata direptaq;, in pœnam ipsi peterentur, ne ue si hostis non uicisset, tamen cædes ciuium, quas prælio fieri defensorum erat necesse, conflarent inuidiam: nullo adhuc iacto telo clamant deditos esse. iussi statim aperire portas, repente aperiunt. obsides imperati, cõtinuo Primores emittunt ciuitatis. hic finis fuit Tyfernatici belli, quos non obsidio grauis, non uastata prædia mouere poterant, intentata oculis scalarum multitudo perterrituit. Brachius dimisso peditatu, rebusq; ad Tyfernum compositis paucos post dies, & ipse Perusiam proficiscitur. Hic quàm unquam alias magnis



magnificentius exceptus à ciuibus, publice egit gra-  
 tias, & pedites egregie pro concione laudauit, non  
 inficiatus illorum opera cōterritos esse Tyferrates,  
 nec aliter deditiōē fuisse facturos. Interea publica  
 ædificia pleraq; omnia resecta. Suffossus ad Thrasi-  
 menum monticulus unde educta in Perusinū agrum  
 aqua latius increfcere, & in Cortonensem latius  
 fundi, atq; expandi non posset. opus hiuc seculo,  
 etsi nulla alia re, certè magnitudine ipsa conspicien-  
 dum, octingentōs passus in longitudinem producta  
 fossa, quæ centum octoginta cubitorum continens  
 altiudinem, perpetuo compacta muro alueus est hy-  
 berna fluminis. nam æstate nec recipit Thrasimenus  
 alienas aquas, nec refundit suas, tunc uero conti-  
 nuis auctus pluuijs latè occupauerat loca, & fini-  
 timas littori uillas passim obrutas ac mersas abscon-  
 derat. Montes enim altissimi circum prominent, in-  
 de prærupti, sicciq; æstate torrentes, hyeme ad con-  
 uexa lacus ingenti fragore delabuntur. nec ductus  
 usquam patebat, unde defluens mōtium iugis aqua  
 decurreret, sed quantum hybernis creuisset flucti-  
 bus, tantum æstiuī soles hauriebant. Interea que-  
 uisse paululum à continuis laboribus milites ui-  
 debantur, quum legati Regis Perusiam uenere,  
 inītia nouarum rerum nunciantes, statim post Bra-  
 chij discessum magnos coeptos motus in Regno,  
 quasdam ciuitates maritimæ oræ crebra inter se  
 consilia agitare, Pocerēs atque optimates clam  
 cœtus

REBUS GESTIS BRACHII LIB. VI. 367  
cœtus facere, occultè cogi exercitus, nec tamen  
aperte quenquam adhuc defecisse: Sfortiam cap-  
tium à Regina, & durissima tortum questione,  
nihil tamen compertum fraudis, eamq; ob rem, illum  
Reginæ ac Regi non iniuria esse suspectum, ut so-  
L B N T mortales non facile credere quibus iniuri-  
am fecerunt: petere Regem, ut aliquid Italici præ-  
sidij traiceret in Regnum, nam Valentinis, Cata-  
lanis, Hispanis, Italos natura infensos esse. Missi  
sunt equites quadringenti, haud sanè contemnen-  
dum primo in tumultu robur. Nicolaus Picininus  
præesse iussus, quanta potuit celeritate Neapolim est  
profectus. eius aduentu, paululum sedata res est,  
non tã metu præsentis exercitus, quàm quod subsecu-  
turum cæteris copijs Brachium frequens fama uul-  
gauerat. ad quem acciundum alteri missi à Rege  
legati, Campani principatus insignia, aureum tor-  
quem, auream coronam attulerunt. Coronatus est  
Idibus Februarijs: negocium tantæ rei honestandæ  
Fulginatium tyranno legati dederunt: erat enim is  
natura rerum omnium magnificus ostentator. Pri-  
mum forum omne quàm altissimè, pendentibus obte-  
ctum uelis. palatium deinde crispanti auro purpura/  
que late stratum, et qua defecisset aurũ, argentea ex-  
cipiebant purpurata stramenta. medio in palatio ebo-  
re atq; auro distincta sella, eaq; celsè conspicienda  
fulgebat: hinc atq; inde dispari ornatu præsiora sub-  
sellia. Sellã Brachius cõscenderat, prima subsellia le-

268 IOAN. ANTO. CAMPANI DE  
gati, altera magistratus urbis, cetera promiscue mi-  
lites ciuesq; compleuerant. Hic conuersi ad Fulgi-  
natiē Legati: Fungere (inquiunt) Regio munere Ful-  
ginas, sic Rex, sic Regina iussit: age, collum tor-  
que, caput corona ubi cinxeris, Capuē saluta Prin-  
cipem. Ille insignibus gemina sublatis manu, sellam  
subgressus: Quod immortales (inquit) Diū bene uer-  
tant, ego te primus hoc Regio afficio munere: pri-  
mus collum torque, caput corona præcingo, primus  
Capuē Principem saluo. tu fac mei Regumq; memi-  
neris, & felix esto. Eunt deinde salutatum Legati  
primum, mox ciuium militumq; multitudo magno  
plausu gratulantium. salutatione peracta, unus ex le-  
gatis præsentia atque etate uenerandus, quum ali-  
quandiu pedibus stetisset, quid aurum, quid torques  
& corona sibi uellent paucis disseruit. Reginam  
pro fide & uirtute purum aureum torquem, pro  
adepto principatu coronam dono misisse: magna  
ea die iacta fundamenta, iam receptum in stirpem  
Regiam, iam eo imperio potiturum, quo soli qui aut  
Reges, aut ex Regibus orti essent, potiri consueuis-  
sent. hæc uirtuti, hæc inuictæ gloriæ data munera,  
pergeret quod cœpisset iter, magna à Dijs immorta-  
libus portendi, non occulte paratum ad Regium fa-  
stigium aduim, expectatione opus esse, non spe, mo-  
do Deorum abesset inuidia, certa esse quæ expecta-  
rentur. Post hæc ludi equestres magnifico appar-  
atu in foro celebrati, nec desuere popularium  
laudes

laudes, noua carmina, plena Regij splendoris, foro  
urbecq; tota iactantium. Per hos dies Legati Flo/  
rentinorum congratulatum uenerunt: creditur etiam  
actum de Italiae rebus, et Pontificis ac Mediolanensi  
um foedere. Nec multo post tertia Reginae ac Regis  
Legatio superuenit, ad accelerandam eius profectio/  
nem multo intentior. iam tum suborta erat inter Re/  
ges suspitio: creditur Sfortiam non oblitum iniu/  
riae, quum Regis se hortatu atque impulsu tortum  
existimaret, Reginae auribus illius odium instilasse,  
facileq; persuasam mulierem, ut est **SEXVSILLE**  
**AD CREDENDA CRIMINA QVAM IN-**  
**VESTIGANDA PROPENSIOR.** Inde tumul/  
tus Neapoli cocitari coepta, dum pars Regi fauentes,  
molliculae foemina fastidium Imperium, pars muliebri  
libidine solutiores, nouum externumq; Regem asper/  
nantur. Per ipsum tempus, Tudertini quum ab exu/  
libus qui Canale oppidum tenebant, continenter in/  
festarentur, Brachium per literas orauere, ut assidu/  
am belli materiam submoueret, missa maior pars co/  
piarum, oppidum intra paucos dies expugnauit:  
Nec quicquam aliud gestum eodem anno memorabile.  
Oppidum Nicolao Picinino, cui fratris filiam de/  
sponderat, in dotem datum, milites ad hyberna di/  
missi, estq; deinde tranquillus hyematum. Circiter Cal.  
Martias, Brachius quemadmodum quot annis facere  
consueuerat, semestre stipendium militibus distribuit,  
ijsq; imperat, ut Idibus Martijs, Tudertum om/

370. IOAN. ANTON. CAMPANI DE  
nes instructi paratiq; conueniant. interea Legatos  
ad Pontificem quid animi haberet, & hostis an so-  
cius futurus esset, sciscitatum misit: princeps legatio-  
nis Bindaccius Florentinus, eloquentia & consilio  
clarus. Sed Pontifice magnis rebus intento, & mul-  
ta aduersus Florentinos coquente, Legati nihil prae-  
ter mera uerba retulerunt. Satis apparebat Pontifi-  
cis & Mediolanensium foedus, ad Hetruscum bel-  
lum spectare, utrinque enim arma ciebantur. nec  
Florentinos hostium consilia latebant, qui omni stu-  
dio conati, Brachium in Hetruria remorari, ubi ter-  
dere illum ad Reges, destinatumq; bellum uiderunt,  
aliunde copias sibi atque exercitum quaesierunt.  
Ex Brachianis etiam militibus, quadringenti equi-  
tes, eorum auxilio relicti. Per hos dies quidam de  
prodenda arce Spoletana ad Brachium detulerunt:  
sed re per arbitrum patefacta, conatus incaassum reci-  
derunt. Idibus Martijs qua die iussi erant milites in  
Tudertinum conuenire. Brachius exercitu in aciem  
educto, haud amplius quam duo passuum milia pro-  
cessit: ibi militari more lustratis copijs, equitum tria  
milia ducenti, peditum circiter mille comperti. Hac  
manu ad componendum Regnum, reconciliandosq;  
que Reges proficiscens, ad paucos dies in fines  
Aquilanorum peruenit. Hanc enim illi prouinciam  
Regina decreuerat. A Q V I L A magnitudine qui-  
dem una inter Italiae Vrbes, sed agrestibus quam  
ciuibus longè frequentior, gelidissimis claudi-  
tur.

tur, & perpetua nive rigentibus montibus. Incolæ  
 pascendo pecori, lanificijsq; intenti, magnas opes  
 ac pecunias congesserunt. ceterum asperi atque in-  
 culti, & cum suis nati montibus, ut plurimum pe-  
 culiaris industria, ita nihil ciuilis ornatus, urbanaq;  
 lauticia retinent, finitimis nulla re magis, quam  
 multitudine formidandi, agrum sibi peperere mon-  
 tuosum, & sex atque octoginta oppidis castellisq;  
 frequentem. Interea dū in Samnium Brachius profi-  
 ciscitur, Regina cui nihil præter instabilitatē erat sta-  
 bile, Regi tēdit insidias. dubiū suasu Sfortiæ, an quo-  
 licētius cōcitate libidinis frena laxaret: quē quum  
 excipere nō posset, Hispanum exercitiū diripi à Sfor-  
 tia, pelliq; urbe militem iussit. Rex fortuna et Deūm  
 quorum erat obseruantissimus auxilio fretus, per me-  
 dias elapsus insidias, ad Castellum nouum maritimā  
 arcem effugit: collectisq; celeriter suis, ac maiori-  
 bus accitis ex Sicilia copijs, impetum in urbem fe-  
 cit. maior pars ciuitatis direptui data, mulieres con-  
 tra ius belli, tamen citra libidinem abreptæ, atq; in  
 Hispaniam transuectæ. Regina cum paucis in mon-  
 tanā effugit arcē. inde faces odij, inde futu belli clades  
 exorta. Oblita paulo antē recuperati regni et præteri-  
 tæ calamitatis Brachiū hostem, Sfortiam exercitus Im-  
 peratorem declarat. Aquilani secuti Reginā, si ali-  
 ter nequeant, bello arcere Brachium instituunt, pro-  
 hibito frumento & com meatibus, denuntiant ut  
 agro finibusq; decedat. Ille ubi audit hostem se de-

claratum, præterito beneficio præsentem iniuriam  
 stimulante, Regis quoque literis sollicitatus, ferro  
 sibi uiam facit. Hoc initium fuit Aquilani belli. sunt  
 tamen qui affirmant, ante petitum insidijs Regem  
 Aquilanos solos ex ea prouincia Brachij imperio  
 parere noluisse: sic ira percitum mouisse aduersos  
 eos bellum, uarios habeo autores: ceterum res in  
 se sit. Brachius fines Aquilanorum ingressus, Le/  
 gationis munus obire per Sannium & Pelignos  
 cœpit, citare in ius reos, mutare uigilias, coaptare  
 novos magistratus: Aquilani non modo dicto au/  
 dientes non erant, sed transitum per fines facere, fru/  
 mentum & commeatus exportari prohibebant: his  
 de causis itum est hostili agmine in agrum Aquila/  
 num, primo impetu Postia oppidum expugnatur,  
 inde Ocrimum, inde Paganicum, Nauellum, Lar/  
 gianum: inde finitima quæ erant castella, cuncta ui/  
 ferroq; subacta. quicquid prælio tentatum, id omne  
 uirtute militum superatum, direptumq; est. nec ullo  
 in bello opulentior factus miles, pecorum multitudi/  
 ne. Sed agri defectione, magna iam obsessæ urbis  
 incommoda secuta, metus seditionum intestinarum,  
 dolor succisarum arborum, sublata ab obsidione  
 pascendi quod erat reliquum pecoris facultas, omni/  
 um maxime FAMES inuictum natura malum urge/  
 bat, hanc non patientia leniri, non animi magnitudi/  
 ne ferre diutius poterant. huc accedebat metendi  
 frumenti desperatio, & præsentem famem, futura  
 inopis

inopie metus asperabat, fecissentq; deditioem ciues nisi paucorum factiones praeualuissent, durissima quaeq; patienda, quam deserendam Reginam existimantur. Brachius totis uiribus ad firmandam urbis obsidionem, omnes aditus, ne qua supportari clam frumentum posset, intercludit: stationes militum circa urbem dispositae, ciuem egressu prohibebant, & ne qua erumpi in munitiones posset, gemina fossa ualloq; muniuerat. sic hostibus undique legione circumdatis, neque caelo, neque terra auxilij spes erat, sed inuidens magnitudini rerum gestarum, quasi iam tum mutari coepta, fortuna, soluenda obsidionis uiam aperuit. Forte per hos dies Lariganum, quod oppidum initio belli captum in agro dicebamus, nulla ui aut metu ad hostes desererat, haec res adeo Brachio est uisa indigna, ut ad puniendum perfidiam, soluta statim urbis obsidione contenderet, motis ad oppidum castris, continuus praелиjs totum biduum frustra oppugnat. Oppidani subito post cogitatam rebellionem, quicquid ad tuenda moenia opus foret, tela, saxa, traves intra oppidum comportauerant, & postquam aduentu re hostilem exercitum intellexerunt, praesidium ex finitimis acciuerant, magno animo paratos ad obsidionem ferendam. situs quoque loci natura egregie muniti tuebatur, cincti durissima obsidione fortissime se defendebant: nec quicquam ardentius ad moenium defensionem, quam commissa perfidia



scelus accendebat, desperataq; uenia, ex ignauissimo  
 & timidissimo quoq; strenuissimū atq; audacissimū  
 faciebat. Interim usi occasione Aquilani, quod uide-  
 bant hostē ad urbis obsidionē reuersurum, ciuitatē  
 frumento & com meatibus suppleat, mœnia si qua  
 facta labes esset, muro, turribus, propugnaculisq; cō-  
 muniunt: legatos qui à Regina opem implorarent di-  
 mittunt, exercitum & ipsi quoq; pro tempore atq; lo-  
 co, ad præsidium comparāt. deniq; quicquid præsens  
 necessitas periculi exposcebat, diligentissimē executi:  
 maxime omnium collectā ex suo finiti morūq; agro  
 segetē, intra urbem supportant, animos uniuersi ad  
 difficillima queq; confirmant. non dies, non noctes  
 à labore muniendæ urbis cessatū. Oppugnatio inte-  
 rea procedebat, nec ante captum oppidū, quā pau-  
 ci milites cuniculo intra mœnia subgressi, refractis  
 celeriter portis irrumpendi uiam cæteris patefecerūt.  
 Facta est cædes magna resistentium, & quasi mo-

RES iam cū felicitate mutare fortuna cœpisset, tur-  
 piter potius quā crudeliter, in omne genus uirorū  
 mulierūq; seuitum. Libera uirū corpora in prædā  
 militi concessa. Mulieres foemina tenus recisa ueste  
 denudata, atq; in urbē compulsa, turpissimū et hosti  
 & ciui suere spectaculū. quippē semper aliās diripi-  
 endis oppidis mulierum pudicitie atq; honestati cō-  
 suluerat Cæturionē uir puellæ inuptæ Acerris affe-  
 rentem ipse interemerat. militem petulantius in mulie-  
 rem Campanā inuectum, cædi sustibus iusserat. nunc

uelut coeptis mutari cum fortuna morib. ne suæ quid-  
 dem dignitatis & modestiæ habuit rationem. Hanc  
 tam effrenatâ atq; immoderatâ belli rabiem, ne ipsi  
 quidem milites probauere: uoces totis castris exau-  
 diebantur, nouam Ducis aut scuitiam, aut iram exer-  
 crantium. Pleriq; diurnam felicitatem accusantes,  
 nimiam ab secundis rebus insolentiam criminari: nō  
 nulli naturam illam cōtendere Ducis esse, non iram:  
 quippè semper aliàs perfidiã ac fraudem perosum,  
 cæteris in rebus humanum clementemq; fuisse. hæc  
 res non modo auxit ciuium pertinaciam, sed ex ho-  
 stibus non duris, inimicos effecit acerrimos. tum si-  
 qui erant in ciuitate quibus hostium partes non dis-  
 splicerent, ita omnium subito conuersi sunt animi, ut  
 mori prius si res exigeret, quàm uel æquæ pacis ini-  
 re consilia, nedum deditiois publicè coniurarent.  
 sic uerba factis prosecuti, summa ciuitatis ac fortu-  
 næ paucis permissa, taciti atq; obstinati rerum euen-  
 tum expectabant. nec Brachio nisi in fame & lasi-  
 tudine spes erat. Ciuitas maximè populosa, edito sita  
 monticulo, muro, fossa, uallo circumdata, non modo  
 irritam oppugnationem, sed obsidionem militi gra-  
 uem ac difficilem faciebat. Dum hæc ad Aquilam ge-  
 runtur, Florentini commissio cum Mediolanensibus  
 prælio, acie sunt superati: quæ res occasione traiciẽ-  
 di in Samnitiũ exercitus Põifici et Mediolanensib. præ-  
 buit. illic enim caput totius belli stare uidebatur, et ip-  
 si paulò ante foedus cū Regina percusserat. Florenti-

ni re male gesta, nihilo secus instaurare bellum repa-  
 rareq; exercitū adorti, magnis habitis delectibus, ad  
 Brachium quoq; auxilium pctitū miserē. illi durum  
 quidē diminuere copias, multō tamen durius tam be-  
 nemeritos socios deserere: utrum faceret, magno fu-  
 turum periculo cognoscebat. Si Florētini aduersa pu-  
 gna profligati hostibus nō restitissent, facile illos ad  
 obsidionē soluendam in Samniū traiekturos, sin exer-  
 citum ipse diminueret, uel oppidanos obsidionē eru-  
 ptione soluturos, Regina quoq; magnus apparatus  
 nunciabantur. hęc cogitantem Legatorū preces, ut  
 auxilium afflictis Florentinorū rebus miteret perpu-  
 lerunt: missi sunt quadringenti alteri delecti equites,  
 certissimū totius exercitus robur: fertur eorū discessu,  
 milites deserere castra, nudariq; stationes, cōclamasse:  
 dixisse uerō Brachium, Et quando se Florentinis gra-  
 tias relaturū si nunc non referret: MALLE, se bello,  
 quā beneficio superari, alterū fortunæ, alterū per-  
 fidie crimen esse. Diminuto igitur equitatu, ad sup-  
 plendas copias, peditatumq; augendū, misit, qui Pe-  
 rusiæ delectus haberent. conscripta peditum quinq;  
 milia, intra paucos dies ad castra conuenerunt. Nico-  
 laus Picininus ad Aquilam reuocatus, exercitum ali-  
 quantū confirmauit. Vndecimus uenerat mensis, nul-  
 la tamen interea pacis habita mentio, nec ciuem gra-  
 uis fames, nec hostes asperum & insuetū cœlum stris-  
 tiq; glacie rigenti, & continuo gelu atq; niue cam-  
 pi deterreere potuerunt, tanta utrinq; certabatur, &  
 obsidentis

obsidentis & obesei pertinacia: nec ulla regio in Ita-  
 lia brumali frigore horrentior, ut uulgo fit usurpatū,  
 Si hyeme ad Aquilam inferi non sint, nusquam esse.  
 Militum tentoria perpetua obruta niue stridebant,  
 sepeq; uentorum procella euulsa, suis sedibus taber-  
 nacula, qua flatus corripere, disijcebantur: multis re-  
 media fucere ingenti trabe cōfecta tuguria: sylvarum  
 namq; ac nemorum nulla plaga feracior. deniq; per  
 omnia difficilima itum est: nam & in castris quoq;  
 si non eadem quæ ciuem, grauis tamen fames sentie-  
 batur. Aquilani crebros nuncios significantes, quan-  
 tis in rerum omnium difficultatibus atque angustijs  
 uersarentur, ad Reginam emittebant, orantes ut un-  
 decimum iam obseſis mensem auxilium mitteret, nec  
 nexari oppressum pro sua fide populum, diutius pate-  
 retur. quæ natura sustinenda docuisset, direptiones  
 agrorum, incendia uillarum, defectiones uicorum,  
 frigus, inopiam, egestatem, deniq; difficillima quæ  
 que fortissime esse perpeſſos. Vnam FAMEM etiã  
 si ferre ipsi cupiant, NATURA TAMEN INTO-  
 LERABLEM OMNIBESSE MORTALIB.  
 iam eò uentum, ut insueta uel barbarorum cibus  
 animalia, pro delicijs haberentur. Quod exemplum  
 daturam cæteris si Aquilanos deseruisset? aut quos  
 hostilem impetū repressuros, quos iter in intimū Re-  
 gnum impedituros, si Aquila potiretur hostis? quod  
 si nihil tam spectata fides moueat, hoc illa cogitaret,  
 qua die hosti ea ciuitas cessisset, totum euestigio Sam-  
 nium

nium defecturum, fauces atque aditus Regni libere  
 admissuros hostem, nec ulla claustra aut obstacula  
 tam bellicosam & ante eum diem inuictam gentem  
 esse retentura. Repeteret superiora bella, quàm bre  
 ui amissum Regnum idem Dux, idem exercitus in fî  
 dem redire compulisset. Non segniorem nunc illum  
 hostem futurum, quàm olim fuisset amicus, nec tar  
 dius crepturum ei Regnum, quàm pauloante amis  
 sum recuperasset. proinde uteretur fortuna sua, que  
 hostilem furorem tot iam menses circa unam urbem  
 continuisset, nec dum inde uictor erumperet, certam  
 & imminentem Regno suo cladem expectaret. Re  
 gina interea precibus ac metu sollicitata, simul A  
 quilanos ad tollerandam obsidionem non publice so  
 lum, sed etiam priuatim confirmatis per literas, ci  
 uium animos hortabatur, simul ad Pontificem &  
 Mediolanensem Legatos ad auxilia petenda dimi  
 serat, & Sfortia quoque magno interea comparato  
 exercitu, quum externam expectare opem necessitu  
 do minime pateretur, iussus est, quibus posset uiri  
 bus in Sannium proficisci, aut ad remouendum obsi  
 dione hostem, aut si id non posset, ut sociorum co  
 pias ad Aternum amnem positis castris opperiretur.  
 statimq; ubi cõuenissent, uniuersis utribus belli discri  
 mē adirent. qui ubi ad Aternū peruenit, inter flumen  
 & mare cetero transmissio exercitu, ipse quoq; traie  
 cerat amnē. sed eius scutariū adolescentē, quanquā  
 robusto inuectū equo, quū paululū infra uadum de  
 clinasset,

elinasset, rapidus corripuit uortex. huic opē laturus  
 cōclamat Sfortia, sed tarde accurentibus alijs, ipse e/  
 quum reflexit in uadū, ut resurgentē coma deprehen  
 deret, sed uel lubrico solo una cum equo delapsus,  
 uel præcipiti correptus anne, nusquā postea nec uir/  
 sus nec iuuentus est. hunc fortissimo et bellicosissimo  
 Duci fata dedere exitum. Milites amisso Duce, quum  
 planctu atq; ululatu littora compleuissent, tandem  
 compresso gemitu, ac diu nequicquā de fortuna con  
 questi, pedem retulerunt, non ausi hostium castris ap  
 propinquare. Tanti uiri casus, nisi fortuna quæ plu/  
 rimū potest, aliud iam destinaasset, flectere Aquilanos  
 ad deditiōē potuit. sed CAB CAB odio & despera/  
 tione hominū mentes, ipsos etiam ad mala clauserāt  
 oculos, ueluti callo duratis membris, uix ulli quam/  
 uis graues ictus, uulneraq; sentiuntur. Igitur ciues u/  
 bi de interitu Sfortie, & exercitus discessu cognoue  
 runt, parati si opus foret ad ultima subeūda, tacti uix  
 iam alicunde opem expectabant, et desperationē gra  
 uius aucta fames urgebat. tertiumdecimum obse  
 mensē, quicquid erat frumenti publicē priuatimq;  
 totum serē consumpserant. paulū quod superfuerat  
 uiritim diuidi placuit. Subductis tamen cibarijs ijs,  
 qui per ætatem arma ferre non possent: nam equis ue  
 sci iam pridē cœperant, nec foedis & quæ natura a/  
 spernatur animātib; abstinebant. tandem habita to  
 tius annonæ ratione, uix superesse quindecim dierū  
 alimenta, etiā parcissimē distributa cōperiunt. tū diu/  
 risimum

rissimum uidebatur imbecillam plebeculam urbe de  
 pellere, multo tamen durius miseri & fame percreuis  
 uulgi mane uesperiq; audire querelas. placuit con  
 quistoribus & prefectis annonæ, hac de re publicè  
 referre ad populū, ut uel prouideretur ante tempus,  
 uel si id non posset, fortius quæ essent præcognita  
 perferrent. ciuibus in consilium uocatis, decernitur,  
 ut iterum nuncius ad Reginam mitteretur, ut sciri  
 posset, quid spei superesset misera ciuitati, simulq; ut  
 significarent, quantis in angustijs uersarentur, &  
 quandiu perferre obsidionem possent. ad Nonas Iu  
 nias durare annonam, si ad id tempus auxilium non  
 mitteretur, Aqulanos non perfidias, sed ultima fame  
 defecturos. hoc accepto nuncio, Regina omnem cum  
 elationem reiiciendam existimans, mittit qui à Pon  
 tifice & Mediolanense peterent auxilia, docerentq;  
 quanta celeritate opus esset, ne hostis opulentissima  
 potiretur urbe. mittuntur undiq; auxili tres manus,  
 & ueluti ad communem hostem delendū, omnis pro  
 pe armatur Italia, & tamen cunctis par unus fuis  
 set, nisi uel nimie gloriæ cupiditas, uel quod magis  
 putauerim, M V T A T A fortuna consilium in temeri  
 tatem conuertisset. Iam hostes superatis furcis Pelu  
 gnorum, ingenti exercitu, infestis signis aduentabāt.  
 dux copiarum atq; ducum Iacobus Caudola exercit  
 uū præerat, hunc sequebātur et ipsi clari duces Fran  
 ciscus, Sfortiæ F. summæ spei adolescens, ac pater  
 ni ductor exercitus: præterea Michileus & Laurē  
 tius Col

tius Corignolani, Nicolaus Tolētinas, & cū his mul-  
 ti agminū ductores, quorū nomina referre est super-  
 uacuum. triplo maior erat hostium equitatus, pedita-  
 tus ferē par, hac multitudine hostes haud amplius q̄  
 passuum milib. quatuor procul à Brachij castris con-  
 sederant, uim frumenti & cōmeatum expectantes, si  
 supplerē urbem sine praelio possent, nequaquā fortu-  
 nam tentaturi iam mille annonam uectantia iumēta  
 conuenerant, Brachius medius inter urbem & ho-  
 stem, persistere in obsidione, & ne frumentum impor-  
 taretur, ui atque armis prohibere statuebat. montes  
 quoq; asperi, ac prope inuij duo castra dirimebant,  
 quorum iuga si superare pergerent, hostes facile op-  
 primi tramite angusto, ac præcipiti potuissent, & de-  
 scensus erat multo laxior atq; præruptior. hæc res a-  
 liquandiu suspensum habuit hostē, aduersis sese mon-  
 tium radicib. continentem. Interea Brachius omnia  
 quæcunq; ad conflictū necessaria uiderentur, diligen-  
 tissimē parat. planicies erat paululū infra urbē, quā  
 mediā victor modicus annis interfluit. hāc Brachius  
 obruendā aqua, stagnandāq; curauerat, occluso tria  
 milia passuum iusfra eum locū multa obice atq; agge-  
 re fluminis ostio, quam rem angustē montū fauces,  
 quas flumen perstringit, haud sanē difficilē faciebāt.  
 Ad eo factū consilio, ut fatigati atq; in acie obsiti ho-  
 stū equi, pedes inde tollere nequeunt, altoq; impe-  
 diti stagno, medio deficerent praelio, nam suorū equi  
 multo erant robustiores & quiete et pabulis, futurū  
 quod;



quoq; putabant, ut aut incognitam loci faciem hostis  
 exhorreret, aut imperitus locorum in ipsum fluminis  
 concideret alueum. His peractis rebus, hosti diu citra  
 montem herenti, caduceatorem permittit, qui tutum  
 aduentum ad planiciem usq; pronunciaret: si transi-  
 re montem uellent, ac praelium committere, nihil im-  
 pedimenti quoad omnes apertum in campum descen-  
 dissent, accepturos: scire se non committendi belli, sed  
 urbis supplendæ causa tantas copias aduentasse: sci-  
 re etiam non amplius octo dierum alimenta ciuibus  
 extare: illud existimarent, nõ se tot mensium operã,  
 uno momento temporis importando frumento per-  
 diturum committendũ esse praelium, si opitulari ob-  
 fessis uellent; non aliter quã uictoria frumentũ im-  
 missuros. prouide irent quo necessitudo impelleret,  
 & hostis benignitate æquissimum in locum descen-  
 derent. Habere se compertum de eorum numero, nec  
 ignorare triplo maiores copias in hostiũ castris esse,  
 confidere tamen militum iuuictio robore, utcunq; fu-  
 turum esset, non aliter inde quã aut uictum, aut ui-  
 ctorem abiturũ. Caduceatori responsum ab hostium  
 Imperatore, tum demum uenturos in praelium, quum  
 sibi libuisset, nec alieno permissu, sed arbitrio suo de-  
 scẽsuros in campũ. non eo esse animo, ut pugna uel-  
 lent detrectare. ceterum non eadem dicebat hostis  
 quæ sentiebat: bellum enim nisi coactis capere pro-  
 hibitis, omnis erat importandi frumenti cura.  
 Hac re per transfugas cognita Brachius, ceteras  
 montium

montium fauces atq; angustias occupauerat, ut hic unus relictus aditus in patentē campum mersamq; flumine planiciē hostes ederet: quintus iam abierat dies, quū hostis omni alia interclusa uia, ad supremū montis se iugum ostendit, ratus quod postea fuit, Brachii nimia magnitudine animi, quod erat per caduceatorē pollicitus, uniuersas copias expectaturū, nec ante conflare cœpturum, quā structæ forent ad planiciē acies. Igitur paulatim turmæ per montis deuia præmissæ, donec omnē exciperent equitatū, expectare ad radices iubentur. At Brachius ubi descendere equitē uidet, manu equos longo lapsu per precipitia trahentē, peditatū omnem ad occupandas angustias, mittit iussum ut descendente hostem nihil impediret, nec nisi dato signo, etiā si profugatū se uiderent, eo loco discederent, relinquenti locū capitis pena proposita: iam aliquot hostiū agmina ad infimas radices deueniant, ibiq; sese cōponentia, uenientem paulatim militē excipiebāt, quod ut uidere Brachium, ij præsertim quorū autoritas plurimū posse debuerat, clamant ut impetū in paucos faciunt, antequā ceteræ copie conuenirēt, simulq; pediti signū daretur, ut subter euntes, supernè adorti, uel saxis opprimerent: facile hoc modo quod iā descendere cœpissent profugatū iri contēdentes, certāq; illam, nō fortuitā esse uictoriā: **STVLTVM** esse ubi ratio belli ualeat iā in fortunæ temeritatē deuocare. Sæpe clamasse hoc Ductores feruntur, tū maximè quum maiorē ho-

Stilis exercitus partem descendisse, & reliqua per  
 ipsa dorsa montium longo defluere ordine conspicia  
 rentur, nihil magis, quam tantam multitudinem ue  
 riti. Brachius semper idem respondisse traditur, aut  
 moriturum eo praelio, aut hostes ad unum debellatu  
 rum. Credo trahentibus ad cladem fatis, qui semper  
 alijs suorum usus consilio, nec militum tentavit aut  
 incendit animos, nec in manifesto discrimine consu  
 lentium clamorem exaudiuit, uel quod nimium uir  
 tute militum & loci aequitate confideret, uel quod  
 magis putant, ne quod per caduceatorem hosti erat  
 pollicitus, quanquam ille non accepisset conditione,  
 tamen aut fraude aut metu minus praestitisse uide  
 tur. Iam hostes impedimenta frumentuq; praese agen  
 tes in planicie omnes deuenerat, hic quadratis agmi  
 nibus prohibentur, si diripere uementa hostis uellet,  
 aciem instruunt. Brachius quum tempus iam adesset,  
 quo tot partas uictorias, tamq; late propagatum  
 imperium, unius hora momento & fortunae permit  
 teret: Nicolaum Picinimum cum quatuor cohortibus,  
 ne erumpere ciuis posset, ante urbis portas colloca  
 uit, ipse cum parte caeteraru copiarum progressum,  
 ad mediam planiciem hostem impetu magno adori  
 tur. hinc pugnae intuitu fuit: prosiliunt utrinq; mediū  
 in campum, permisceturq; militibus milites, tela pri  
 mum hastasq; uibrantes, mox gladio cominus geren  
 tes rem. Hostium singula agmina trecentos, Brachia  
 na sexaginta equites continebant, tamen sic quoque  
 agminum

agminum illi numero præstabant. accitum igitur alterum agmen, hostis cateruam latè fuscèq; turbaue-  
rat, adeo pauci multos uirtute superauerant. Nec re-  
liqua hostium acies pugnam detraclauit, ruunt pari  
curſu in prælium, paratæ utrinq; turmæ clamore at-  
que impetu quanto possunt maiore. sic aliquot horis  
atrociter est dimicatum neutra inclinante acie. Tum  
Brachus signum dat cæteris cohortibus, ut quanto  
possent impetu mediam in pugnam se conijcerent,  
dant illi sese in confertam aciem, nec tulere impetum  
hostes, sed perturbatis ordinibus, ad radices montis  
qua una patebat uia fugientes se recipiebant. instat a-  
tergo Brachianus, urget, premitq; hasta fugientes.  
Vbi toto agmine ad radices est uentum, hostes quæ  
nec fugere possent, nec in ordinem redire, densissimū  
in globum collecti, ferientium ictus excipiebant. in-  
gens enim deſata multitudo, quoddam quasi robur,  
ac molem qua se ipsa tueretur effecerat, pauciq; con-  
uersi in frontem, pro loci angustijs resistebant. actū  
erat si pedites prælio internemissent. iam hastas con-  
frugerant Brachiani, & tanquam ad saxum ictus, in-  
cussi non sine hostium magna strage militem fatiga-  
uerant. inter hæc Michulectus unus ex Reginae Duci-  
bus, ubi uidet spem fugæ sublatam, & hostilem pedi-  
tatum montis uigo, inherere, oppositis in fontē pau-  
cis delectis equitibus, reliquos hortatur, ut paulatim  
seſe in ordines laxarent, crebrūq; peditem, qui equo-  
rum illa suffoderent repugnantibus intermiscet.

inde futura cladis initium fuit, undecies centena et quorum tergora, post conflictum Aquilam reportata traduntur. tot simul suffosis equis, quingentos delectos milites aliquanto circumuehi interuallo, & a latere impetere iubet hostium aciem. eorum impetum ut exciperent Brachiani, pauci se in frontem conuertere, sic ancipiti praelio, non tamen inferiores erant, nisi quod equos passim hostilis pedes fodiebat. Inter hæc Nicolaus Picininus, quem ad portas urbis relictum dicebamus, cum his quibus præerat cohortibus magno cursu in confertissimos hostium perrumpens cuneos peruolauit, incertum prædæ cupiditate uictos hostes arbitratus, an ut fatigatis opem integri militis ferret. hæc res ut hostem primum conterrui, ita postea perniciosa Brachio fuit. Primus impetus ad repellendam perturbandamque pauloante recompositam aciem satis efficax, & fugam moliti hostes forent, si qua profugium patuisset, sed imminente hinc iugo, inde flumine, aut pugnare cum hoste a fronte, aut cadere imbelles oportebat: nec Ducibus consilium deerat, uno totius exercitus globo impetum urgentis excipientibus, hortantibusque ad suffodiendos equos peditem. Dum hæc in acie aguntur, ciues qui iam ab initio pugnae cuncti sese armauerant, ubi excessisse hostium præsidium, obstareque n. eminentem uident, ingenti numero totis bipotentibus erumpunt portis, nec uiri modo, sed scemina quoque hastis, dolabrisque armate, multitudinem terribilem faciebant.

Sex milia fuisse traduntur, qui magno per colles ueluti sylvarum fragore delapsi, omnia puluere clamoreq; complebant. inde aucti animis hostes, perterriti Brachiani, nec tunc quidem peditatus in praelium a monte descendit. Retulit mihi Paggius uir manu strenuus, nunc etiam aetate uenerabilis, qui bello interfuit, & ducis a latere nunquam discessit, saepe Brachium pediti signum, quia tuba non poterat, manu uoceq; dedisse, sed clamore praeliantium et in nubem exurgente puluere (neq; enim stagno pugnabatur) pedites signum non percepisse: atq; ita ut erat imperatum, nunquam eo discessisse loco. additq; paulo ante, quingentos ex ijs, quum premi hostem in iugo despicerent, ad praedam desiluisse, direptisq; extremis impedimentis, ne fraudi res foret, in montis scilicet culmen ad expectandum signum recepisse. A quolanorum aduentu ingens equorum facta caedes, anceps erat malum, si militem praemerent, cuius a tergo stricto paratus mucrone, hastaq; intentata feriebat. sin in Cuiem conuersi militi dedissent terga, redissent agmina uniuersa in ordines, circumuenissentq; fatigatos: equi passim interea cadebant, erat hoc uirtutis contendentis cum fortuna spectaculum, paucos equites tot milibus hominum pares esse, atq; in media ut erant pugna, locum sibi late gladio facere. Nam hastis iam pridem in fugientium confregerant terga, dux ipse per mediam aciem, mediaq; tela sublimis equo circumuectus, simul gladium stringere,

simul uoce manuq; hortari, accendere & unumquē  
 que nomine appellare, cernebatur. SED trahunt  
 quenq; sua fata: NEC semper uirtuti fortuna succū/  
 bit. Ventum erat in confertissimum exercitus robur,  
 in medianq; signorum acie Brachiana illata signa  
 peruaserant, quum circuncuntem & hortantē suos,  
 sunt etiam qui dicant, milites coepta iam fuga sisten/  
 tem, gregarius miles, medio gutture uulnerauit: in/  
 delata facta consternatio, casum imperatorem existi/  
 manium, laxat totas habenas, consternatus in fu/  
 gam eques, fusi dissipatiq; nunquam antea uicti Bra/  
 chiani. Dux ipsi cadendo resistendoq;, multis con/  
 fessus uulneribus, uiuus quidem, sed non multo post  
 ab plagis moriturus capitur. Victor ex infima plebe  
 miles, ignotum ante id tempus caput, ad hostium im/  
 peratorem inuectum, ut erat equo deduxit. ille uicis/  
 situdinem rerum humanarum contemplatus, misera/  
 tione quadam, & lachrymis partam ex uictoria læ/  
 ticiam temperauit. exemptum equo, & intra taber/  
 naculum subductum benignè, aut non audientem,  
 aut audire nolentem est affatus. Sed ne unum quidē  
 elicere quisquam potuit uerbum, uel quod alte descē/  
 dētes mortiferae plagæ uim omnem sensumq; exhau/  
 serant, uel ut quoniam fortuna uictum corpus in po/  
 testatem hosti tradidissent, animum sibi inuictum ip/  
 se retineret. Acciti undiq; medici, qui magnis propo/  
 sitis à uictore præmijs, nihil intentatum dimiserunt,  
 sed destinatus ad mortem animus, omnem medica/  
 mentorum

mentorū opem respuebat. quippe totum triduum sine cibo, sine potu, mutus quum egisset, incertum uulneribus an inedia est excinctus: anno etatis sexto & quinquagesimo, superstite adhuc matre. Nec quicquam hostis præter elingue corpus habuit in potestatem, & medici uiuere posse prædixerant. Hic exitus fuit uiri nunquam nisi in morte superati, nec tunc quidem ante capti, quam uulneribus multis confossi. Qua in re mutata iam pridem fortuna plurimum obsuit, prin. um quod magnam exercitus partem in auxilium Florentinorum iniquo suo tempore dimiserat: deinde hostes carpere singulos quum potuisset, uniuersos expectans. peditatus opera non est usus, qui si prælio interfuissent, & dissipassent procul dubio fugatum hostem, nec resistendi competentem fecissent, & equos ipsi quoq; hostium suffodissent. postremo quoniam qui præsidio ad reprimendam ciuium eruptionem erant dimissi, iniussu Ducis, an spe præde, aut pugne errore loco abierunt, sic fuit non solum cum milite à fronte in castris, sed etiam cum Urbanis præsidijs ciuiliq; multitudine à tergo, uno tempore dimicandum. Ioannes Ursus sæpe postea dixisse fertur: Se quum hoc bellum gereretur, Prætorem in Piceno fuisse, uenisseq; Asculum stipatum frequenti populo, uirum natu grandem, promissa & cana barba, Mathematicum, & præsagium rerum futurarum profitentem. hunc à se rogatum esset ne uictor futurus Brachius



Aquilano bello, si hostes ad præliū uenissent? quæ-  
 sisse ad cogitandum tempus, postridie uero ad tribu-  
 nal reuersum, respondisse. Si Dux ipse bello non in-  
 tereſet, uictorē futurum Brachianum exercitiū: sin  
 præſente dūce conſurgeretur, minari ſtellas ſuperiorē  
 hoſtē. quæ res ut ante pugnā neglecta, ita poſtea eue-  
 tu rei & omnium iudicio eſt cōprobata. Niſi enim pro-  
 hibitus eſſet miles, descendentes in conuallem hoſtes  
 carptim proſtigaffet, cœpiſſet, uſuruſq; in pugna ſu-  
 iſſet etiam peditatu. Erat in hoſtiū caſtris gregarius  
 & infimæ fortunæ miles, qui poſt factū Peruſiæ tumul-  
 tū, pulſoſq; ſeditionis autores in exiliū ultrō cū ple-  
 beijs exierat. hic ſe per ſomniū uidiſſe aiebat, Brachiū  
 ſublimi equo circūuectū magnum cedē hoſtiū edere,  
 quū uero ad ſe interficiendū uibratſet enſem, repuliſſe  
 ſtatim, atq; obliquo uulnere medio illū gutture traie-  
 ciſſe, pauloq; poſt ad pedes iaciſſe mortuū. id ſe ite-  
 rū, id tertio uideri uidiſſe, autor erat non ſatis certæ  
 fidei, cæterū res ipſa ſomniū probauit. quippe media  
 in pugna hortantis ſiſtētisq; militē uoce cognita, im-  
 minens iugulo, quū ſequeretur, primus omni mucro-  
 ne primū guttur, deinde ceruicem exhauſit. Tradunt  
 Legatos Peruſinorū in caſtris quū adēſſent, & hoſti-  
 um audirent aduentū, ſando aliquid, ut aſſolet, quæ-  
 ſiſſe à Nicolao Picinino, Quid ei futurū ex hoc bel-  
 lo uideretur? illū ſecum cogitabundū diu hæſiſſe, re-  
 ſpondiſſe tandē. ONNIA ſub fortuna eſſe: nec ſe  
 diſſidere de militū uirtute, aut Ducis animo, neq; tā  
 hoſtium

hostiū terreri numero, quā uereri ne inuidia diu-  
 turnæ scelicitati, fata cursum eius imperatoris abrū-  
 pendum statuissent. id se ex coniectura uideri conij-  
 cere, mutatos esse subito imperatoris mores, ex leni  
 & comi durum ac morosum factum, consilia uetera  
 norum militū, quib. ante id tempus uti plurimū con-  
 sueuisset, aut prorsus contemnere, aut reuicere saluta-  
 ria, & deteriora perniciosioraq; deligere. paulo an-  
 te, etiam in mulieres, inauditum facinus, citra belli  
 iura et eius consuetudinē esse seutū. FORTVNAM  
 primum ingenia mortaliū, deinde opes euertere con-  
 sueisse. utcunq; res fuit, præcipuum tamē spectata &  
 nunquam antea subacta uirtutis spectaculū. pugna-  
 tum est atroci prælio, septem continuis horis, & à  
 duobus milibus, duodecim milia ad montem usq; fu-  
 gata reiectaq; non modo cum uirtute ab hoste, sed  
 etiam cum fugæ desperatione pugnatū: nec ante su-  
 peratus miles quā uulneratus imperator, et ad pau-  
 citatem equorum redactum certamē. undecies enim  
 centum, ut dicebamus, tergora equorum in urbem  
 relata. Illo mortuo totis castris secutū silētium, qua-  
 si plus esset in amisso doloris, q̄ læticia in capto: e-  
 us milites qui aut bello superfuerant, aut ab hostib.  
 erant dimissi. pleriq; facta potestate, spirātem adhuc  
 consolandi gratia adierunt: remotisq; arbitris, ut uo-  
 cem tolleret, utq; cibum caperet hortati, nihil profe-  
 cerunt: nec ullum in Ducem tantus militū amor, illi  
 tabernaculū hostis noctu mœsti ac taciti perlustra-

392 AN. CAMP. DE REB. BRACHII LIVI  
re, illi interdū facta quociens uellent potestate fre-  
quentes ad lectum perstare, tangere, intueri, suspira-  
re cernebatur. & ubi tabernaculo excessissent obuo-  
luto capite plorātes, nulli nō hostiū lachrymas excu-  
tiebāt. Duces omnis memores rerū humanarū, fortu-  
nā ut praelio benignā, ita exitu nimis malignā crimi-  
nātes, morientē circumsteterunt. primi q; ē tabernacu-  
lo lachrymas ac uoces tenere nequeuntes, ad militē  
exiēre. tum uerò latē sese afflictantiū uoces ad cœlū  
iaclari coeptæ, gemitu exulantiū completa loca,  
nec quisquā ex eius exercitu, eorum qui aliquem or-  
dinem aut dignitatem gessissent, qui non barbā, ca-  
pillumq; promiserint, uestesq; prociderint, pleriq; tā-  
quam ultima sortiri rerum humanarū militia perstis-  
terunt. corpus iussu Pontificis Romā delatū, sed pau-  
cis post annis Nicolaus Fortebrachus, quū Romā,  
& ipse ueluti deuotū huic familiæ, pulso inde Pon-  
tifice occupasset, colligenda patruī ossa, & Perusiā  
deportanda curauit. Perusini non immemores acce-  
ptorum beneficiorū, exequijs Christiano more, pu-  
blico luctu, funebriq; pompa celebratis, ultima Dijs  
Manibus persoluerunt. Ossa sublimi ac dignissimo  
templi loco reposita, suspiciuntur. & ne quid latere  
posteritatē posset, tumulo in summo templi fastigio  
substructo, signa militaria, & aurei torques cir-  
cumpendentes, memoriam & Ducis, & Prin-  
cipis gratissima in patria testantur.

F I N I S.

IOAN

# IOANNES ANTO,

NIVS CAMPANVS CAROLO

FORTEBRACHIO

Imperatori S.



**M**ITTO ad te parentem tuum, non li-  
neamenta solum atq; articulos qualis  
e pictorum manibus prodire solet, effi-  
cientem, sed loquentem, pugnantem,  
& nunc tandem excitatū ab inferis, in hanc demum  
ad te lucem exeuntem. Ampliſſ. profectō munus,  
quo quidem ornatus fortasse, certē maius nec ipse  
tibi dare, nec tu à quoquam accipere potuisses. nam  
de tuis gestis, quamq; magna sunt, post te qui erunt  
superstites iudicabunt: **VIVENTI RARO**  
**GLORIA SINE ADVLATIONE AVT IN-**  
**VIDIA CONTINGIT, MORIENTI NE-**  
**QUE INVIDETVR VNQVAM, NEC O-**  
**CVLI ASSENTANTIVM VNGVIBVS BE-**  
**FODIVNTVR.** tu modo inmitere, ut facis, paren-  
tis tui uestigijs, non deerunt qui effugere tecum ca-  
ducam mortalitatē conabuntur: quod ego mihi cum  
parente tuo spero fecisse, ut pari cursu ille gestorū,  
scriptorū ipse contendisse ad immortalitatis spem  
videamur. Qua in re quum nonnihil mihi fortasse  
debeas, plus tamen Petro Ioanni nostro, tui nominis  
ac generis amantiſſ. debebis, ille me ut hoc scriben-  
di manus susciperem hortatus est, ille cuncta ut ex-  
plorata

EPIST. CAMP.

plorata nobis compertaq; forent, indagavit, iacentemq; parentem tuum, & iam multos exemptum annos, suis una mecum manibus excitavit. Tu vero hanc epistolam simul cum opere transcribendam nemini dabis, ne quod ipsi non fecimus, nimis amice scripsisse historiam uideamur.

Vale.

Ioannes

IOANNES ANTONIUS  
NIVS CAMPANVS, ODI  
DONISVO. S.

**F**ateor hominem me esse fortunatum, qui quum  
ineptiolas meas, ad charissimum ducem Ca<sup>l</sup> tclariss.  
rolum Fortebrachium destino, iudicem te habiurus  
sim, cuius iudicio reprehendi res meas, quam alio-  
rum laudari malim. Spero te id imprimis cogitatu-  
rum, non omnes Senecas esse posse, & si quid est in  
me uel artis uel ingenij, te tanquam Roscium e sum-  
mo theatro primam hanc meam aetiunculam specta-  
turum, puerilem illam quidem, sed hoc magis uenia-  
dignam iudicandam, quia puerilem: qua in re, quan-  
to potui studio conatus sum sic seruare historiae di-  
gnitatem, ut magnitudini gestarum rerum, orationis  
amplitudinem accommodarem, & quae magnificen-  
tius gesta forent, ea & grauius & illustrius explica-  
rentur, caetera pressius iaceret. Orationes etiam ple-  
nas spiculis, non illis oratorijs atque forensibus, sed  
quibus historia tanquam in acie communis uti con-  
suevit. Sed quid haec tecum? uide, corrige, emen-  
da, & Campani tui sic tuere dignitatem,  
ut e tuis manibus laudatus &  
emendatus exeam.

Vale.

1030886

IOANNES ANTO

IN

...

Antiqua

**F**...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

